VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 B
65

25
b

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-8-C-47

CL. DAVID I. C. P. VELITATIO LEGALIS.

Ad Franciſcum de Ioyeuſe, Archiepiſcopum Narbonenſem.

SOC. IESV * BIBL.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Ex Legato Ill.^mi Coccini

PARISIIS,

Apud Abel l'Angelier, in prima columna maioris aulæ Palatij.

M. D. LXXXIIII.

Cum Priuilegio Regis.

15

V. C. FRANCISCO DE IOYEVSE, PRÆSVLI digniſſimo Archiepiſcopo Narbonenſi, & Galliarum Primati, S.

NIHIL *melius de literis ſperare aut expectare debebam (vir illuſtriſſime) quam ſi effeciſſent vt tibi notabilis eſſem, atque hoc pro ſummo beneficio conſequutus hunc meum libelliolum ſub tuo nomine apparere volui, vt magis ac magis, ac quibus poſſum rationibus me totum tibi approbarem: ita*

quidem prima iuris initia tibi iuriſperitiſſimo, & viles quiſquilias homini ampliſſimo do, dico, ſed vt Epigrammatarius loquitur,

Iupiter ambroſia ſatur eſt, & nectare viuit:
Nos tamen exta Ioui, thura, merúmque damus.

Vtique lorica pectori ſacro aptata Ægis eſſe incipit, ac in perulis, & gemmis quamuis ementitis præcipua laus eſt, ſi magnatis alicuius, & primi ordinis viri digitis ventilentur: ſic non dubiæ interpretationi cõmẽdationis plurimum acceſſurum putaui, ſi glorioſum nomen tuum prætendat: quin quæ profuſa eſt tua humanitas confidere me iuſſit, te hoc meum opuſculum, & tale quale, benignè implexaturũ: ſi feceris dabis genium victuro libro, & mihi ingenium meliora conandi: quæ cumprimum ani-

mus parturierit, tota tua fuerint & ſoli conſecrabuntur: interim me ſi placet amabis, ego te ſemper colam. Vale. 8. *Calend. Nouemb.* M. D. LXXXIII.

LECTORI.

VITA VI ambitioſum titulum (iucunde Lector) ne ſi ſecus, fucum me tibi feciſſe cōquereris, & libellum hunc inſcripſi Velitationis nomine, tum vt intelligeres primos eſſe conatus meliora poſtmodum auſuri, ſi hæc tibi diſplicuiſſe non cognouerim, tum vt inde patefacerem hãc tractationem eſſe proluſionis vice ad vniuerſum ius ciuile: Credo ſcire te cur velites milites appellati fuerint. Modeſto in libello de vocabulis rei militaris dicuntur, qui iuſtæ pugnæ initium præbebant, ac iſte libelliolus

ad prolixiorem & grauiorem com-
mētationem paratiorem me efficiet,
& te ad reconditiora iuris miſteria
percipiēda fortaſſe magis idoneum.
Quare deſinat calūniator inſcriptio-
nem ſuggillare quam amauit mode-
ſtia, & quæ huic rei tam bene conue-
nit: Deſinat, inquā, hoc otij mei ſpe-
cimen nuncupare, nam ſi ſui ita ra-
tionem cōſtare velit, non inuidebo.
Denique aliorum iudicium eſſe ve-
lim vtrum non honeſtè meam ope-
rā in illa Velitatione adornāda col-
locauerim: fateor potuiſſe ſine vlla
trium Iuſtiniani titulorum interpre-
tatione, quos omnes explicare vo-
luerunt lucubrationem iſtam abſol-
ui, ſed erat oſtendendum multa aliter
accipienda, quam qui ſibi in illis plus
æquo placent, fuerint opinati. Quod
ſi poſtremo ſermonis elegantiam de-

ſideres, En æquus iudex diſerto, & affectato teſti non tam tribuerit, quin maior ſit apud eum & fidei, & veritatis ratio. Etiam æquitatem, & æquanimitatem tuam pluris facturam putaui fidam, & ſecuram interpretationem, quam vitreas fractas, & ampullatam verborum affectationem: eam me præſtitiſſe nolim te credere, velim potius te videre, & iudicare. Vale.

Amici ad Authorem, diſtichon.

Artificē te prima docent præludia, pictor
Clarus ab exiguis ſurgis imaginibus.

VELITATIO LEGALIS.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti.

IMPERATOR *Cæſar Flauius Iuſtin. Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Affricanus, Pius, Fœlix, inclitus, victor & triumphator, ſemper Auguſtus, cupidæ legum iuuentuti, ſalutem.*

1 Retinendam hic inuocationem diuinam.
2 Iuſtinianum Principem Catholicum.
3 Imperatorem Rom Cæſarem dictum.
4 Quando & à quibus Flauius.
5 Tituli deuictarum gentium.

6 Acclamationes Senatus,populi,& à quo tempore cœperint.

7 Appellatio Pij,Fœlicis Auguſti,& de ſimulacro Fortunæ.

8 Quæ ſunt ſuæ ditionis principes non poſſe diſtrahere.

9 Adoleſcentibus ſtudioſis & litteratis hoc opus dicatum.

1 *IN nomine Domini, &c.* Qui non habent aliam coniecturam remouendæ diuinę inuocationis, quæ hic vulgo legitur, quam quòd nulla ſit in editione Holoandri, & in verſione Theophili rem facere non videntur: nam conſtanter manuſcripti codices
2 eam Epigraphen retinent,ac religioſus princeps,qualem fuiſſe Iuſtinianū eiuſdem hymnus, qui in Græcorum liturgia reperitur,prodit, quiq; concilio Pariſienſi ſub Ludouico primo Catholicus nominatur, nūquam abnuerit,quod Horat.od.6.lib.3.poſuit

Diis te minorem quod geris imperas,
huc omne principiũ,huc refer exitũ.

Imperat. Caeſ. Flau. Iuſt. Cæſaris nomen qui Romæ imperarunt vſurpauêre, vt Ægyptij Reges Pharaones, & Alexandrini Ptolomei dicebantur, ex Ioſeph. libro 8. antiq. Iudaic. cap. 2. 3
atque à Veſpaſiano, Tito, & Domitiano appellationem Flauij acceperunt, Conſtantius Diocletiani, & ab eo qui ſequuti ſunt omnes, vt patet ex antiquis inſcript. 4
Alem. Goth. Frãc. Germ. Ant. Alan. Vandal. Affric. nomina ſunt debellatarum nationum, quę cupide Principes ambiebant, & in ipſis imperatorum triumphis & funeribus anteferebãtur ex Tacit. lib. 1. & lib. 2. Annal. ap. Trebell. Pollionem in Gallienis, & Vopiſc. in Aurelian. 5
Atque hęc *Pius fœlix inclitus vict. & triomph. ſemp. August.* Sena- 6

tus& blandientis populi acclamationes ſunt quas à Iulio cœpiſſe, cum ſeſe Romam poſt Gallias Hiſpaniaſque ſubactas cõtuliſſet, & vrbẽ Senatus deſeruiſſet, ſcribit libro 5. Lucan. Namque omnes voces (inquit) per quas iam tempore tanto mentimur dominis hæc primum reperit ætas:
7 narrat Suet.lib.3.cap.17. Tiberiũ piũ & inuictum à Senatu dictum fuiſſe, ac multa eiuſmodi pro Alexandro dicta ponit Lampri.in illius vita:& pro Tacito Vopiſc. Ac cognominatio fœlicis, vel ſpectat ad eam fœlicitatem quam principes ſubditis procurare debent, l. Imperialis, C. de nupt. vt ap. Virgil. Sis fœlix, noſtrúmque leues quemcumque laborem: vnde apud Pacatum in Panig. nulla maior principum fœlicitas, eſt quàm feciſſe fœlicẽ & interceſſiſſe inopię, & fortunã

viciſſe, & dediſſe homini nouum fa-
tum: vel eo ſpectat quod vt Lampri-
dius inDiadumeno ait Imperatorem
eſſe fortunæ ſit : Cuius ſimulacrum
aureum in imperatoris cubiculo loca
batur, Spartian.in Seuero, & ita vt il-
lius tranſlatione deſignaretur imperij
ſucceſſor ex Iul.Capitol.in Antonino
pio:Denique Auguſti nomen ab au-
gendo potius quàm ab augurio fa-
ctum velim: Ouid.lib.1. faſt. Hege-
ſipp.lib.5.de Excid. Hieroſolim.cap.
15. Cùm verò rebus nomina conue- 8
nire debeant, rectè hinc noſtri colli-
gũt Imperatores Auguſtos & Reges,
quę Regni & Imperij ſunt, diſtrahere
& alienare non poſſe Bald.in Proëm.
feud. notatur in cap. non liceat. 12.
quęſt. 2. quin hoc iureiurando con-
tinebatur quod à principibus more
ſolemni exigi ſolebat, cap.intellecto:

de Iureiur. extra ſpeculi ſaxonici lib. 3. artic. 54. Concil. baſil. ſeſſ. 22. vetus tamẽ memoria quæ in camera computorum reg. habetur inſcripta, Epiſcopus tribus caſibus coronę patrimonium noſtris principibus alienare conceſſit, atq; indiſtinctè hoc eis iurè permitebatur l. apud de leg. 1. l. fin. C. defun. patr. *Cupidæ leg. iuuent.* Dicatur hoc opus iuuentuti cupidę, ita Virgil. lib. 6. Æneid. iuuenum manus emicat ardens: ac iuuenum appellatione adoleſcentes intelligere opportebit hic, vt in l. non aliter, §. titius, ff. de legat. 3. atque eos quidem qui in humanioribus litteris bene ſunt inſtituti, l. vnic. de ſtud. liberal. vrb. Ro. lib. 11. C.

IMperatoriam maieſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam. Vt vtrumque tempus & bellorum, & pacis rectè poſſit guber-

nari: & princeps Romanus, non ſolum in hoſtilibus preliis victor exiſtat: ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, & fiat tam iuris religioſiſſimus, quam victis hoſtibus triũphator magnificus.

1 Armorum & legum cognatio.
2 Quid armis efficiatur.
3 Quid legibus.
4 Quinam optimi Principes.

MAgna eſt armorum & legum 1
cognatio, atque ita, vt hæc duo quaſi mutuo indigeant auxilio: ſine legibus arma non abeſſent à latrociniis D.Ambroſ.cap.35.lib.1. offic. atque extat lex militaris egregia in Vopiſco ſub Aureliano, ſicuti deſtitutæ armorum potentia leges ſunt vanæ ſine viribus iræ l. qui reſtituere, ff. de rei vindic. & l. cùm vir. ad l. Iul. de ad. C. Hinc factum eſt vt antiqui ſcientiarum deam Palladem armatam de-

pinxerũt, & vt Nemeſim filiam iuſtitiæ vocarent Ammian. Marcell. libro 14. Annal. ac eleganter Sulpitia vates clariſſima Duo ſunt quibus extulit ingens Roma caput, virtus belli
2 ac ſapientia pacis. Armis ſalus pop. in tuto collocatur bellum geritur vt pax acquiratur, can. noli, 23. quæſt. 1. ac ſicut corrigi nequiſſimi quidam ſeruorũm ſolent, modeſtiam ſaltem & diſciplinam terror extorquet, metu vitia ceſſant, Can. principes. 23. q. 1. Saluian. lib. 5. de prouident. coercen-
3 tur nocentes Roman. 13. Legibus vero vnicuiq; ius ſuum redditur, quod aliquãdo fuit pręcipuum regum munus Philo Iudæus in li. de Creat. prin. Athen. lib. 12. dipnoſoph. cap. 3. 4. 15. 18. Cuius rei extat veſtigium in tit. quando imp. int. pup. vel vid. vel miſir. perſon. cognoſc. Sane deſiderauit

Plato vt qui rebus publ.præſunt,philoſopharētur.Plutarch.de doct.princip.Ælian.lib.3.de var.hiſt.&Agapetus Diaconus in lib. quem ſcripſit ad Imperat.Iuſtin.de officio regis num. 17.nec alterius ſapientiæ ſtudium intelligitur quam Legū & Iuſtitiæ,quæ vera & nō ſimulata philoſophia eſt. L.1.ff.de Iuſt.& iur. Plin.Epiſt.10.lib. 1.Euphrates affirmat eſſe hanc philoſophię, & quidem pulcherrimā partem agere negotium publicum, cognoſcere,iudicare, promere & exercere iuſtitiam,&c,

QVorumvtramque viam cum ſummis vigiliis, ſummáque prouidentia annuente Deo perfecimus. Et bellicos quidem ſudores noſtros Barbaricæ gentes ſub iuga noſtra redactæ cognoſcunt: & tam Aphrica quàm aliæ numeroſæ prouinciæ

poſt tanta temporum ſpatia noſtris victoriis à celeſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ, noſtroque additæ Imperio, proteſtantur.

1 Bella & victoriȩ ſub Iuſtiniano.

1 Qui totam Iuſtiniani hiſtoriam ſcripſerunt, narrant Perſas eum in Occidente fudiſſe opera Belliſſarij generoſiſſimi ducis, Affricam recepiſſe expugnata Carthagine Gilimere Rege Vandalico intercepto: mox eodem Belliſſario in Italiã profecto, vt Gothos expelleret, Apuliam & Campaniam recuperatas, ac poſt aliqua tempora ac multas vrbium obſidiones & expugnationes Vitigem Gothicũ Regem captiuum factum. Tandẽ Narſetem Perſamenium finẽ Gothico bello impoſuiſſe pulſis ab Italia fœliciter Gothis: hȩc ſunt egregia Imperat. Iuſtiniani belli facinora.

OMnes verò populi legibus tam à nobis promulgatis quàm compoſitis regũtur. Et cùm ſacratiſſimas conſtitutiones antea cõfuſas in luculentam ereximus conſonantiam, tunc noſtram extendimus curam ad immenſa veteris prudentiæ volumina & opus deſperatum, quaſi per medium profundum euntes, cœleſti fauore iam adimpleuimus. Cũque hoc, DEO propitio, peractũ eſt, Triboniano viro magnifico, Magiſtro & exquæſtore ſacri palatij noſtri, nec non Theophilo & Dorotheo viris illuſtribus anteceſſoribus noſtris (quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam & circa noſtras iuſſiones fidem iam ex multis rerũ argumẽtis accepimus) conuocatis, mandauimus ſpecialiter, vt ipſi noſtra authoritate, noſtriſque ſuaſionibus inſtitutiones componerent: vt liceat vobis prima Legum cunabula non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab imperiali ſplendore appetere: Et

tam aures quam animi veſtri nihil inutile, nihilque perperam poſitum, ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis accipiant. Et quod priori tempore vix poſt quadriennium prioribus contigebat, vt tũc conſtitutiones Imperatorias legerent: hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaque reperti felicitate, vt & initium vobis & finis legum eruditionis à voce principali procedat. Igitur poſt libros quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarum, in quibus omne ius antiquum collectum eſt, quos per eundem virum excelſum Tribonianum, necnon ceteros viros illuſtres & facundiſſimos confecimus: in quatuor libros eaſdem inſtitutiones partiri iuſſimus: vt ſint totius legitimæ ſcientiæ prima elementa: in quibus breuiter expoſitum eſt, & quod antea obtinebat & quod poſtea deſuetudine inumbratum. Imperiali remedio illuminatum eſt.

1 Quid in Legibus præſtiterit Iuſtin.
2 Tres Codices Gregorianus. Quas conſtitutiones contineant.
3 Hermogenianus.
4 Theodoſianus.
5 Aliæ conſtitutiones & nouellæ.
6 Prima Codicis editio ex tribus codicibus & ſequentium imperatorum conſtitutionibus properata.
7 Eleuata cæteris codicibus authoritas.
8 Theodoſianus Codex apud Gallos in vſu.
9 Libri Pandectarũ concinnati, cur ita vocẽtur.
10 Libri Inſtitutionum.
11 Cur ita inſcripti.
12 Cur elementa iuris dicantur.
13 Quid per antiquas fabulas intelligi debeat noue explicatum & varie.
14 Qui libros inſtitutionum compoſuerint
15 De Triboniano, Theophilo, Dorotheo.
16 Anteceſſoris nomen.

Statim de formando firmandóque 1
Legibus imperio cogitauit Iuſtinianus: Cumque eſſent tres conſtitutio- 2
num Imperialium Codices: Gregorianus quem eius nominis ſtudioſus compilauerat & qui continebat conſtitutiones ab Hadriano, ad Valeria-

num & Gallienum:quę enim leguntur Diocletiani & Maximiani, non ſunt illius Codicis , vel vitioſa eſt inſcriptio:cuius mentio fit apud D.Au-
3 guſt.libro 2.ad Pollentium. Deinde Hermogenianus qui cōſtabat cōſtitutionibus Claudij ad Diocletianum
4 & Maximianum præterea nullis : Ac poſtremò Theodoſianus,qui continebat conſtitutiones à Conſtantino Magno vſq; ad Theodoſium Iuniorem,cuius meminit Sidonius lib.2.Epiſt. 2. Et Accurſ. vno loco, videlicet
5 in L.5. de delatorib.lib.10. Et cùm etiam multas alias conſtitutiones qui ſequuti erant principes emiſiſſent, quales ſunt quæ adhuc hodie leguntur,Valentiniani,Martiani, Maioriani, Seueri, duorum Leonum, Zenonis,Anaſtaſij & Iuſtini patris adoptiui Iuſtiniani,Leges & nouellæ : quia

in tanta Legum multitudine alię aliis erant contrariæ, quædam minus vſitatæ:nōnullæ verò præcedētes abrogabant:Ex his tribus Codicibus&cōſtitutionibus omnibus ſparſis Iuſtinianus primam Codicis editionem properauit, ſublatis maiore ex parte quæ contraria, otioſa, ac moribus minime conuenientia videbantur.L. 1.C. de nou.Cod. fac. prohibitione quoque facta,ne ſummorum tribunalium aduocati veterum Codicum conſtitutionem vllam in iudiciis poſtea citarent,quæ non in ſuo Codice reperiretur inſerta §. hunc igitur,de nouoCodic.cōfir.ita tamen vt Gallos potius vſos cod. Theodoſiano quam Iuſtinianeo manifeſtum ſit ex capitulorum Caroli Magni loco,qui ponitur in Can.volumus. 11.quæſt. 1.

Etiam cùm iuris ciuilis doctrina

non minus quàm duobus milibus voluminum conſtaret ex præfat.ffff: §.omnia.igitur ex infinitis illis voluminibus opus ffff. colectum quod nomine Pãdectarum donatum fuit, quaſi omnigeniæ doctrinæ liber, & quia ciuilem doctrinam contineat, vt apud Gell.lib.13.cap.9.aç fortaſſis, vt illecebra tituli ſtudioſi ad illius lectionem pellicerentur.

10 Tandem hic liber compoſitus cum εισαγωγὰς Theoph.appellat, quòd Latinè rediderisintroductiones Iuſtinia
11 nus inſtitutiones vocauit, eo conſilio quo Quintil.libros quibus prima artis oratoriæ præcepta continebantur, inſtitutiones oratorias inſcripſit, vel D.Clemens libros inſtitutionum Apoſtolorum, qui memorantur ab Euſebio lib.3.cap.35. Ex quibus initia religionis Chriſtianæ petenda erant:

rant: Nam hi inſtitutionum libri perinde iuris ciuilis infantiam complectuntur: ſunt enim elemẽta legitimæ ſcientiæ, quia quemadmodum nihil 12
eſt quod non quatuor elementis cõficiatur: ita nihil non in hac diſciplina ciuili ex his quatuor libris fit. Denique conſultiſſimè iubentur ſtudioſi omnes ab illis incipere in hoc proœmio & in præf. ffff. ac ſic verbũ inſtituo pro incipio poſuit Plaut. in milit. glorioſ. Nũc ſic rationem incipiam, ita hãc inſtituam aſtutiam: ſanè olim profanis manibus nõ licebat eam iuris partem attingere quæ imperialibus conſtitutionibus conſtabat, oportebat accedẽtem ad oracula principum initiatum eſſe miſteriis iuris ciuilis: hodie prima legũ exordia ab imperialibus cõſtitutionibus ducentur: Ac dici non poteſt quantum

ideo Iuſtiniano debeant adoleſcen-
tes qui antea confuſa & perturbata
diſciplinę ratione ab antiquis fabu-
lis cogebantur incipere,cùm hodie
melius operam ſuam collocare poſ-
ſint: profectò antiquitas dicitur er-
rorum mater ab Arnob. lib.1. aduer-
13 ſus gent.ac ab antiquis fabulis diſce-
bantur prima legum cunabula,cùm
leges referebãtur ad Iouem, Apolli-
nẽ, Mineruam; Ægeriam nymphã,
vt eas ad eiuſmodi numina retulerũt
Minos,LiCurgus, Solon, Numa Põ-
pilius; ac cum inculcabatur leges pri-
mum Romanis ab Athenienſibus
traditas cũ habita eſſet ardua diſpu-
tatio inter ſapiẽtem Græcum & Ro-
manum morionem: Notatur in l.2.
in verb. cõſtitui. ff.de orig.iur. quod
neſcio an Accurſij fuerit inuentum
necne: Etiam anilibus deliramentis

erat ſimillimum quod veteres leges de debitorum diſſecatione & pœna talionis ſtatuebant,quæ reprehendit Phauorinus apud Gell. lib. 20. cap. 1. Ac quarto nil à fabulis aberat ius illud in quo ſuppoſititię quædam perſonæ adhibebantur cum multis ſolemnibus & formulis,vt in emancipatione teſtamẽto per æs & libram, & reliquis id genus, quæ vel Iuſt. ſuſtulit,vel vſurpari deſierunt.

Cęterum quemadmodum Belliſſario & Narſete ducibus de hoſtibus triumphauit Iuſtin. Ita Theodoro Iſidoro, Thaleleo, Cratino viris illuſtribus adiuuantibus barbariem profligauit, Triboniano etiã Theoph. & Dorotheo adlaborantibus,hi tres manũ inſtitutionibus imperialibus admouerunt, & opus nobiliſſimum perfecêre, quorum cõſcientia ſcien- 14

15 tia non inferior laudatur hic, ſed Suidas Tribonianum leges prętio fixiſſe & refixiſſe poſuit & Harmenop. in Epit.lib.1.tit.1. Quod de duobus aliis nemo legit vnquam: Dorotheus quidem Quæſtor fuit, iúſque in accademia Beritenſi profitebatur. Theoph. verò Conſtantinopoli l. vnic. C. de nou. C. fac. atque iſte honoratus magiſterio officio l. 2. §. quæ omnia. C. de vet. iur. enucl. libros inſtitutionum ex Latinis Græcos fecit, quę non dubiè colliguntur ex his quæ ſcripſit in §. fin. de donat. Sed quem alias rerum Romanarum indagatorem non ſatis diligentem fuiſſe notat Anton. Aug. lib. 4. Emend. cap. 8. quin licebit affirmare eum ad pudorem vſque erraſſe in multis quæ iuris erant.

16 Obiter autem videndum eſſet qui ſint magiſtri Exquæſtores, Exconſu-

les:ſed de officio magiſtri officiorũ, de off. quæſt. de off. conſ. tituli ſunt omnibus obuij, atque particula ex, in illis dictionib⁹ nil efficit. Denique anteceſſoris nomen militare eſt, vt ap. Suet. lib. 8. cap. 17. tranſlatum tamen ad togatam militiam, & anteceſſores dicti profeſſores legũ, quòd aliis qui ius non didicere antecedant vocãtur in Pandectis legum doctores, & magiſtri ſcholaſticorum auth. habita, C. ne filius pro patre.

QVas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus, & præcipuè ex Commẽtariis Caij noſtri tam Inſtitutionum, quàm rerum cotidianarũ aliiſque multis Commentariis compoſitas, cùm tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt, & legimus, & recognouimus, & pleniſſimũ noſtrarum Conſtitutionum robur eis accommodauimus.

1 Iuſtinianum vt par erat inſtitutiones confirmaſſe.
2 Inſtitutiones Caij, & quo tempore Caius fuerit.
3 Ælius Phlegon.
4 Noue emendata lex antiqui, Si pars hæred. pet.ff.
5 Annianum inſtitutionibus Caij de ſuo quædã adieciſſe.

1 Abſolutum inſtitutionũ opus Tribon. Theoph. & Doroth. obtulerũt Iuſtiniano, qui hoc ita probauit, vt perinde ex inſtitutionibus ius reddi atque ex aliis legibus & cõſtitutionibus voluerit. Erat ſolius imperatoris confirmare inſtitutiones eiſque vim legum tribuere, vt eius ſolius eſt legem condere, l. 2. §. Diuus Auguſt. ff. de orig. iur. l. fin. de legib. C. Eas autẽ ex inſtitutionibus veterum coactas docetur hic, atque ex Elencho iuriſconſultorum, quem Pandectis præpoſuerunt, qui ex illis Inſtitutionum

libros compoſuerint conſtat, quòd plures feciſſe Lact. lib.1.cap.1. author eſt: Atque potiſſimum ex Caij inſti- 2
tutionibus deſumptæ ſunt: & ex cõmentariis rerũ quotidianarũ, ex quibus deſumpta eſt, l.1.& 4. de act. & oblig. ff. qui libri aureorum dicũtur à Græcis, vt aurea dicta Pitagoræ, & ap. Tull. lib. 2. Acad. aureolus, & ad verbum ediſcendus libellus, & Hier. lib. 2. aduerſus Iou. fertur Aureolus Theophr. lib. de nupt. Hic ſub Adria 3
no vixit: Cùm enim referat ſua tempeſtate Alexandrinam mulierẽ quinque liberos vno partu enixam. Hoc Hadriani tẽpora viderũt, l. verum, ff. de reb. dub. facit l. ſi pater. ff. de ſolut. & l. antiq. ff. ſi pars hær. pet. Ac Phlegõ Trallianus libertus à manu ipſius Hadriani eam hiſtoriã memorat in libello qui extat de mirabilib. & lon-

4 guanimit. Ac putem eum authorem laudari in d.l. antiqui. & loco Lælius legẽdũ Ælius. Cuius meminit Spartian.in Hadriano &in Seuero, Vopiſcus in Saturnino & Origenes in ſuis cõtra Celſum Epicureum libris. Cæterum nemo obiiciat Caium de manumiſſione, quæ in Eccleſia fiebat in inſtitutionibus loquutum, ac à Conſtantino magno cœpiſſe manumiſ-
5 ſiones illas: Magis eſt Annianũ compilatorem Breuiarij Alariciani ea licentia adieciſſe inſtitutionibus Caij, qua multa alia in C. Theod. corrupit, quæ ſecus leguntur in Cod. Iuſtin.

SVmma itaque opera & alacri ſtudio has leges noſtras accipite: & voſmetipſos ſic eruditos oſtendite, vt ſpes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto poſſe etiã noſtrã rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernari. Da-

tum Conſtantinop. xj.*calend.Decemb.D. Iuſtin.PP.A.*III.*Coſ.*

1 Studiorum vera pręmia.
2 Notis ſcripſiſſe veteres.
3 Imperatores patres patriæ dicti.
4 Eos noluiſſe conſulatu abſtinere.
5 Tertio & tertium conſule eod. ſignificatu dici poſſe contra Gellium.

Vt iuuenum diligentiam in euol- 1
uendis inſtitutionum libris acuat Iuſtianus, his palmarium magnū pollicetur, videlicet eo pacto fore, vt eis reſpub. regenda credatur: hoc eſt verum ſtudiorū honorarium. Odi homines qui obtrudūt. Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana: atque quāuis Iulius Firmicus ſcribat in lib. Matheſ. Legum ſcientiam animū & crumenam implere. Et Martial. epig. 77. lib. 1. Quid tibi cum Cyrrha, quid cū Parmeſſidos vnda, Romanum propius diutiúſque forum eſt. Illic æra

crepant: tamen ingenuum eſt & generoſo ſpiritu dignius officium potius quàm fructum ſequi, fac.l.1.ff.de var. & extraord.cogn. vel vt Simmachus in epiſt. loquitur opulentiam fide, & quæſtum laude mutare.

2 *D. C. PP. XI. Kalend. Decemb. &c.* Veteres ita ſæpius ſcribebãt, quã per conſequentias literarũ Cic. epiſt. 26. lib. 13. epiſt. ad Attic. & lib. 2. de Diuinat. l. Lucius. ff. de milit. teſt. nouell. Iuſt. 5. Ac librũ de occulta literarum ſignificatione ediderat Valerius probus. Sunt etiã Mangonis notę: verum ſæpe impoſuit ſcribendi ratio per literas ſingulares, vt ap. Suet. cap. 5. lib. 7. Quin Iuſt. in præfat. ffff. prohibuit ne per Sigla leges conſcriberentur. *D. Iuſtiniano*. Hic nomen Iuſtiniani tanquam principis, non tanquam conſulis ponitur, iam enim ſub Tibe-

rio in conſilium miſſum fuerat, an à conſulum nomine inciperent leges nullo præpoſito imperij titulo, quo pertinet cap. 30. apud Sueton. lib. 3. quod nouuell. Iuſt. 47. definiuit.

PP. licet per me has literas patrem 3
patriæ facere: vtiná nomen hoc omnes principes mereātur: Metius apud Vopiſcum in Tacito ita loquitur: Dij auertant principē puerum, & patrem patriæ dici impuberem cui ad ſubſcribendum magiſter literarius manum teneat, quem ad dandos conſulatus dulcia & circuli & quęcunque voluptas puerilis inuitet, &c.

III. *Conſul.* Principes honorē con- 4
ſulatus ambiebāt: quia, vt ait Plin. in Panegir. fortunę videbatur indignū, ſi poſſent honores dare qui gerere non poſſent. Legi autem poſſe magis eſt tertio cōſule, vel tertium con-

ſule ex eod. Plinio in Páneg. Nã cùm duo tantùm conſules fuerint, nemo non illa uerba intelliget, pro eo qui cùm duos antè conſulatus geſſerit, ad tertium euectus eſt, in quo lapſus eſt Gell. cap. 1. lib. 10. diſtinctionis, quam ille adfert, poteſt eſſe aliqua ratio, cũ legimus tertio prętorem, vel tertium prætorẽ: idque, quia plures erant prętores, & tamen tertio & tertium non erunt aduerbia ordinis, ſed potiùs tẽporis. Exprimetur verò ordo per nomen, vt ſi dicamus tertius prætor, quartus prætor, quartum prætòrem accuſandi caſu.

De Iuſtitia & iure.

1 Iuſtitia forma & idæa à qua ius dictum eſt.
2 Iuſtitia cauſa efficiens & materia iuris.
3 Iuſtitia finis iuris.
4 Duplex æthymologia apud Iuriſconſultos.

1 Res omnis nomen accipit ab idæa

vel forma, ac licebit quidem dicere iuſtitiam eſſe nudam formam, quæ per ſe intelligitur ſine ſubiecto: Ius verò ſine ſubiecto non eſſe, id eſt ſine re de qua conſtituatur: ita ius iuſtitia poſterius erit, ſicuti cùm Stoici hominem ab humanitate deducunt, & Iuriſconſulti teſtamẽtum à teſtatione. §. *1*. de teſtam. inſ. donum à donatione, l. ſenatus, §. j. ff. de mort. cauſ. donat. pactum à pactione, &c. eiuſm.

Placet etiam quòd vulgò dicitur iu- 2
ſtitiam eſſe cauſam efficiẽtem ac materiam iuris, ac ius quidem prout eſt ars æqui & boni, à iuſtitia deſcẽdere, l. j. ff. hoc tit. eſt enim omnis ſcientia eo cuius eſt ſcientia poſterior, ſi non dignitate, natura inuentione ſaltem:

Ac denique quia iuſtitia ſit finis & 3
ſcopus huius diſciplinę ex Ariſt. lib. Eth. *1*. cap. 1. quoniam finis ſolet eſſe

primus in intẽtione, licet ſit vltimus in exequutione, vt not. Barth. in l. am bitioſa, ff. de decret. ab ord. fac. ſequitur nomen iuſtitiæ nomini iuris in cõceptione rubricæ præponi debuiſ-
4 ſe. Quòd ſi Grammatici tumultuentur iuſtitiam eſſe denominatiuum formatum à primitiuo nomine iuſti, vt à malo fit malitia: audient diſerti illi non periti iuris, ac fortaſſis diſcẽt iuriſconſultos non tam ſæpe conſiderare, deriuationem vocum ſecundum rationem Grammatices, ſed eos vti frequentius peculiari notatione, qua ſimilitudo vocis reſpondet ſubſtantiæ rei d. §. j. de teſta. l. 2. §. appellata. de reb. cred. ff. & l. j. de acquir. poſſeſs. illi magis medullã ſenſuum, quam ſpumam verborum reſpiciũt. facit l. promittendo, ff. de iure dot. ac duplicem quidem etimologiam Iſi-

dorus poſuit lib.10.Etimolog.

IVſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuendi.

1 Iuſtitia tanquam nuda forma definita.
2 Accurſ.diuinam iuſtitiam definiri putauit.
3 Apologus operariorum ex Math.cap.20. explicatus.
4 Poſſe de humana iuſtitia definitionem illam intelligi.
5 Quo modo conſtans & perpetua voluntas exponatur.
6 Carneadem nullam eſſe iuſtitiam arbitratum.
7 Iuſtitiam alienum bonum.
8 Iuſtitia particularis & vniuerſalis.
9 Duobus modis ſuum cuique tribui.

Hic iuſtitia tanquam idæa & forma 1
definietur,& vt eſt notio ſine ſubiecto: de qua Philoſt. in vit. Apollon.
lib.1.cap.19 Accurſ. tamẽ exponit de 2
diuina iuſtitia,qui non eſt aſſequutus myſterium parabolæ quæ habetur Matth.20. cap. vbi paterf. operarios in vineam ſummo mane miſerat denarij diurni mercede pacta,cúmque

iam veſpere facto, alij quoque fuiſſent adhibiti, mox nouiſſimi cũ primis ſingulos denarios acceperunt:
3 hunc denarium D. Hieron. lib. 2. aduerſ. Iouinian. interpræ tatur de beata vita, quam omnibus omninò pollicitus eſt Deus opt. max. qui legem ſeruarent, ac præcepta cuſtodirẽt: ſed qui diutius in vinea laborauerint, propiore Dei aſpectu fruituri ſunt (quippe multæ in domo Dei manſiones) alij verò remotiore, & tamen poſtremum locum nacti, denarium ſe perinde accepiſſe putabunt adeò quiſque beatorũ ſua ſorte contentus eſt: ſecundum quam inductionem intelligitur non iniuſtum fuiſſe operario, qui ſero venerat, denariũ dari, quem ſolum accepit qui maturius ſeſe operi accinxerat: hoc vnũ fuit præmium ſubſtantia, ſed non vnum quãtitate:
At

At etiam cõueniet hæc definitio hu- 4
manę iuſtitiæ:verba conſtans & per- 5
petua voluntas ſignificabũt habitum moribus ac rectè agendi exercitio comparatum non innatum. Nam ex D. Paulo ad Corinth. quod volo bonum non facio, quod nolo malum facio, ſentio legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, proinde regi voluntatem opportuit eique tanquam inſanienti belluæ compedes iniicere: Ac præcedit quidem habitus à quo mox illa volũtas deſcendit ac diſponitur, efficitúrque conſtans ea conſtantia quę in humanam fragilitatem cadere poteſt argumento,l.ſi quid vẽditor,ff.de ædilit.edict. & perpetua,id eſt,ad mortem vſquè duratura argumento,l.1.ff.per ſoc.atque hæc cum Rodolph.agric. nõ intelligeret parum ſincerè repræhendit

6 definitionem iſtam lib.2. de inuent. cap.5. ſed fœdius lapſus eſt Carneades, qui nullam eſſe iuſtitiam cõtendebat, nec adeò quidem ille minutis & frigidis rationibus, vt eas remouere potuerit M.Tull.ſed hoc facit eleganter Lactant. lib.5. diuina inſtit. cap.17.cum ſequentibus.

7 *Ius ſuum cuique tribuens*.Plato lib.3.de rep. iuſtitiam appellat ἀλλότριον ἀγαθόν, Et apud Nonium Marcellum locus ex Ciceron. libr. de repub. memoratur in eam ſententiam:Præter cęteras virtutes,inquit, vna iuſtitia ad alienas vtilitates ſe porrigit atque explicat, foris ſpectat, tota proiecta eſt: Etiã D.Ambroſ.lib.1.offic.cap.24.iuſtitia ſuum cuique tribuit,aliena non vendicat, vtilitatem propriam negligit, vt communem cuſtodiat: quæ procul dubio de particulari iuſtitia de-

bent intelligi, vniuerſalis enim non 8
ad alium tantùm ſe habet, ſed & ad
eum ipſum extenditur, qui eam aliis
exhibet. Duobus autem modis ius 9
redditur, vel geometrica proportione & eſt tributoria iuſtitia, vel diſtributiua: vel arithmetica ratione, & eſt commutatiua iuſtitia, vel negotialis. Ariſt. ponit lib. 5. Ethic. cap. 3. & 4. & Fuſius Biſius quidam Gandauenſis in lib. 2. de repub. cap 5. ac nouiſſime Contius lib. 2. ſubſeciuarum, cap. 7.

IVris prudentia eſt diuinarum & humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia.

1 Iuriſprud. quomodo diuinarum & humanarum rerum notitia.
2 Hodie quæſtiones religionis ad Epiſcopos nō ad Iuriſconſultos referendas.
3 Teopompi hiſtoria.
4 Aequum & bonum, iuſtum & iniuſtum eſſe

materiam iuris.

5 Vnde Laurea donati diſcreti vocentur.

1 Ex inſcriptione tit. patet artem iuris hic eſſe definitam: cuius proprium eſt de diuinis & humanis rebus verũ inuenire, quin ideo iuris diſciplina iuſtitiæ Romanæ templum appellatur in l. 2. §. incognitum, C. de vet. iur. enucl. Ac lèges xij. tab. quę ex Tacito lib. 2. Annal. finis æqui iuris erãt continebãt ius publicũ & priuatum, iúſque publicum ſacris conſtabat, vnde iuriſcõſulti ſacerdotes dicti, l. j. ff. hoc tit. Denique qui in profana religione pontifices, erant iuris peritiſſimi, l. 2.
2 §. poſt hos, ff. de orig. iur. Verũ recepta Chriſtiana fide præiudicium ſtatim cognitioni iuriſconſultorum factum eſt: atque de rebus ſacris & myſteriis religionis Epiſcoporum cœpit eſſe iudicium, l. j. C. Theodoſ.

de religion. eaque cõſtitutio memoratur nouuell. Valentin. de Epiſcop. audient. ac Epiſcopis quoque poſtea conceſſum, vt de rebus profanis inter profanos aſſumpti iudices ſtatuere poſſent, quo pertinet tit. de Epiſc. aud. C. Sed hinc arrepta poteſtatis occaſione, tam intemperanter eo iure vſi ſunt, vt indiſtinctè tam de humanis quàm de diuinis rebus definire voluerint, vti colligere licet ex corpore iuris Pontificij: hócque reprehendit D. Greg. lib. 2. Epiſt. 5. & lib. 3. Epiſt. 20. Syneſius Epiſt. 57. & D. Bernard. lib. 2. de conſiderat. Planè non adeo multa de rebus ſacris in Pandectis infulciũtur, ſed quæ ad ius ſuum cuique tribuendum, & ad iuſtitiam conſeruandam pertinent, qualia ſunt res ſacras non vſucapi, non oppignerari, non vendi, pro rebus diuinis &

humanis interdicta cõpetere, & cætera eiuſmodi, l.vſucapionem, ff. de vſuc.l. & liberi,ff. de contrah. empt. l.j.ff.de interdict. Quod ſi in C.Iuſtinianeo reſecãtur quædam noſtræ fidei myſteria, veterũ potiùs patrum obtruduntur decreta, quàm vt quidquam de ſuo adiecerint iuriſcõſulti,
3 qui ſi meminerint Theopõp. mente motũ, quod de rebus ſacris quædam ſcriptis ſuis inſeruiſſet ap. Ioſeph.lib. 12. antiq. cap. 2. profanis manibus ſacra tractare verebuntur: Sed illis etiam concedendum fuerit, vt ad interdictum vocare eos poſſint, qui in eorum meſſem falcem ſuam immittunt.

4 *Iuſti atque iniuſti ſcient.* Imperite Zazini in l.j.ff. hoc tit. dixit iuris artem æqui & boni viri artem eſſe magis: eſt æquum & bonum, iuſtum & in-

iuſtum iuris eſſe materiam, vt apertè loquitur d.l.j.cùm ait,iuſtitiam namque colimus, boni & æqui notitiam profitemur,æquum ab iniquo ſeparantes licitum ab illicito diſcernentes, à quo verbo diſcernentes manauit, vt qui laurea ſtudiorum donantur diſcretorum appellationem accipiant.

His igitur generaliter cognitis & incipientibus nobis exponere iura populi Romani,ita vidētur poſſe tradi commodiſſimè,ſi primo leui ac ſimplici via, poſt deinde diligentiſſima atque exactiſſima interpretatione ſingula tradantur. alioqui ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & infirmum animum ſtudioſi multitudine ac varietate rerum onerauerimus:duorum alterum,aut deſertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magno labore ſæpe etiam cum dif-

fidentia (quæ plærumque iuuenes auertit,) ſeriùs ad id perducemus ad quod leuiore via ductus, ſine magno labore, & ſine vlla diffidentia maturius perduci potuiſſet.

1 Studioſorum diuiſio in Incipientes, Proficientes, Doctores.
2 Quæ optima docendi ratio.

1 Numa Pompilius collegio Veſtalium inſtituto, earũ tres ordines fecerat, Incipientium, Proficientium, Doctarum, ex Plutarch. in Numa ac in Eccleſia Dei eam hominum diuiſionem probatam ponit Dionyſius. At qui artem aliquam profitẽtur, hoc in primis ſibi perſuadere debent, ita vt aliter cum Incipientibus aliter cum Proficiẽtibus, denique & aliter cum illis qui eruditiores ſunt, agi debeat.
2 Primò leuia ac ſimplicia exponenda videntur illis qui in aliqua doctrina initiantur acuratiora his qui iam ali-

quos progreſſus feceiũt, exactiſſima ac reconditiora doctoribus: Nam quemadmodũ infantium educatio à lacte initium ducit: deinde firmiora corpora ſolido nutriuntur cibo: Poſtremò delicatioribus ac mollioribus epulis ſaginãda videntur inclinata prę ſenio corpora: ſic ſua eſt ſtudiis infantia, ſua eſt ſtudiis firmitas atque in ſtudiis exquiſitiora illa, & quæ liquidioribus cibis conferantur reperire licet: ac Iuſtinianus in his inſtitutionũ libris leui ac ſimplici via omnia pertractauit, vt his primis ac facilioribus imbuti, inſtituti, quaſique initiati iuuenes ad ſeueriorẽ iuris partem poſſent accedere, quæ in libris Pandectarum cõtinetur: ac veluti ſolem in aqua cernere præſueti. Deinde lumen ipſum obuerſis oculis intueantur. Magnum in hoc in-

terpretum iudicium deſideratur, ſed neceſſe habent cum inſaniētibus furere, qui niſi dixerint quæ penitiora ſunt vidētur nolle ſuos auditores ſeuera lege proficere. poſuit Petron. in Satyric.

IVris præcepta ſunt hæc, honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.

1 Ius eſt ars.
2 Vera huius loci expoſitio.
3 Quò tria iuris pręcepta pertineant.

1 Inde per quandam conſequētiam probatur ius eſſe artem, quia ars præceptionibus cōſtet ex Cic. lib. 4. Academ. quęſt. quas hic iuri tribuit Iuſtinianus, qui omnium primus ius in artē redigit, §. & quod pene, in proœm. ffff. nouuell. Leonis prima, quod facturos quidam antea plures recepe- rant, nemo tamen præſtiterat, vt M.

Tull.de ſeipſo teſtatur lib.1.de Orat. qui ſcripſit librum de iure in artem redigendo,quem non habemus. Sed citatur à Gellio lib.1.noct. Attic.cap. 22.ac Iulius quoque Cæſar id deſtinauerat ex Sueton.lib.1.cap.44.Cùm 2
verò dicitur iuris præcepta eſſe honeſtè viuere, alterũ non lædere,ſuum cuique tribuere, hoc ſignificat ius eſſe artem æqui & boni vti definitur in l.j. ff.hoc tit.nil enim æquius meliúſque tribus illis præceptis, quorũ 3
primum honeſtè viuere libidini opponitur. Secundum alterum non lædere,iræ. Tertium, ius ſuum cuique tribuere cupiditati,ac libido quidem voluptates, vltionem ira,cupiditas opes deſiderat,quæ ſunt tres furiæ humano generi moleſtiſſimę, quod pluribus Lactãtius perſequitur lib.6. cap.19. à quibus tamen qui iuris præ-

cepta tenuerit & obſeruauerit ſe ſecuriſſimum reddet: Denique honeſtè viuere refertur ad mores & animum, alterum non lædere ad corpus, ius ſuum cuique tribuere ad facultates.

HVius ſtudij duæ ſunt poſitiones: publicum & priuatum. Publicum ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Priuatum eſt, quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet.

1 Diuiſio iuris in publicum & priuatum.
2 Publicum iure priuato, ordine naturæ poſterius.
3 Cur illud præponatur.
4 Quid publicum, quid priuatum.

1 Hic ius diuiditur in duas partes, in publicum & priuatum: Publicum ad politicam philoſophiam, Priuatum

ad Æthicam & Oeconomicam pertinet, quæ ſunt tres partes moralis philoſophię, quam totam intelligit Vlp. in l.j. ff. hoc tot cùm dixit Iuriſconſultos veram & non ſimulatam philoſophiam profiteri: Quãuis autem Quintil. ius legitimum diuidat in ſacrum, publicum & priuatum, l. vt inter. C. de ſacroſ. Eccl. iampridẽ reſponſum eſt iure publico ſacrum contineri: nam & conſecrationem fuiſſe iuris publ. teſtatur Cic. pro dom. ſua. Dico, inquit, apud Pontifices Augures adſunt, verſor in medio iure publico. Non obſtat l. vſucapionẽ, de vſucap. ff. & l. inter publica, de verbor. ſignif. vbi ius ſacrũ ſeparatã ſpeciem à iure publico facit. Breuiter ſacra non ſunt publica, id eſt, non ſunt in dominio ciuitatis vel reipub. l. in tantum, §. ſacræ. de rer. diuiſ. ſunt

tamen iuris publici, id eſt, ad vtilitatem publicam pertinent, cùm ſine ſacris nulla ciuitas nulláque reipublic. conſiſtere poſſit, vt Plutarch. docet
2 in lib. aduerſus Colotem. Nemo rurſus reprehendat quod ius publicum priuato prępoſitum ſit: quod non fecerat M. Tull. in Partit. Orator. qui ius ſcriptum diuiſit in priuatum & publicum: Ordine naturæ ius priuatum publico prius eſt, vt fuit antea domus & familia quam pagus, ciui-
3 tas & reſpublic. ſed in diuiſionibus hoc vulgo negligitur: ac vel præponendum fuit ius publicum priuato, quia apud omnes publica commoda priuatis eſſe debeant potiora, l. 2. de primipil. lib. 11. C. vel vt Plinius in epiſt. loquitur, quia priuatis vtilitatibus publicas mortalibus æternas o-
4 portet anteferre. Cęterum publicum

dicitur quod ad ſtatũ rei publicę Romanę ſpectat, ita puto legẽdũ hic definiturque ius quod ad rẽp. Romanã pertinet, nõ illud quod eſt prouinciarum, municipiorũ, ciuitatũ, quorum reſpectu iura non cẽſentur publica l. bona ciuitatis, l. eum qui vectigal, ff. de verb. ſign. poſuit Alciat. lib. Parerg. 1. cap. 30. quin fortaſſis ſatis fuiſſet dicere, quòd ad ſtatum ſpectat, quia dictio ſtatus rẽp. ſignificet apud Tull. in orat. pro Cœl. quæritis de vi cuius lex ad imperium & maieſtatẽ, ad ſtatum patriæ, ad ſalutẽ omnium pert. atque quia ſtatim hic reſp. Rom. fuiſſet exaudita cum iura pop. Rom. in his libris explicentur, §. his igitur, in hoc tit. Et quòd cũ de repub. mentio fit, Romana per antonomaſiã quãdã ſemper intelligatur vt eſt archetypus cæterarũ rerump. omne genus

dominationis experta l.2. ff. de origin. iur. denique priuatum ius eſt quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet, in quo cõſideratur, quòd principaliter fit, nam ſecũdario quod ſin-
4 gulos tangit ad rempublicam etiam quodammodo ſpectat, facit l.1.ff.ſolut.mat. & nouell.Iuſt.8.

DIcendum eſt igitur de iure priuato, quod tripartitum eſt. Collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

1 Ius priuatum naturali gentium & ciuili iure conflatum.
2 Idem eſſe de publico.

Ius priuatum tripartitum eſt, id eſt, collectum ex naturali gentium & ciuili iure, & ita exponitur ius tripartitum in §. ſed cũ paulatim, inf. de teſta. Neque idem de iure publico dicitur, quod tamẽ perinde ex naturalibus

bus gentium & ciuilibus præceptis conflatur, ac fortaſſis quoniam illa duo iura permixtim in hac diſciplina tractentur, nec alius ſit & diſtinctus iuris priuati locus alius iuris publici, ſed non eſt nouum diuiſione propoſita vnam partẽ attingi omitti alteram, vt in l.conuentionum, ff.de pact.l. honor. §.1. de mun. & hon. quin nemo tam parum ab ingenio poteſt qui nõ exemplis poſſit oſtendere vtrumque ius tam publicũ ſcilicet quam priuatũ ex tribus illis principiis manare aut à natura aut à gentium obſeruatione, vel à Romanorum ciuium inſtitutis: valeat Agric. qui lib. 2. cap. 5. de inuentione Iuriſconſultos ſuggillat quod ius publicum non ſubdiuiſerint eum ſuperiora non intelligiſſe quauis ſponſione contendam.

IVs naturale eſt quod natura omnia animalia docuit. Nam ius iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium animalium quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. hinc liberorum procreatio & educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia iſtius iuris peritia cenſeri.

1 Quid ſit ius naturale.
2 Eluſæ interpretum ſententiæ de iure naturali.
3 Quomodo ius naturale omnibus animantibus competat.
4 Æquitas ſeruandi pacta iuris naturalis, ac explicata l.j. de pact.ff. & l.1.in fin.ff.hoc tit.
5 Duplex ius naturale gubernãs ac gubernatũ.
6 Vtrumque ius naturale demonſtratum.
7 Vtrumque exemplis illuſtratum.

1 Ius naturale à cõſtitutione mundi natum §. ſingulorum de rer. diuiſ. can.1.diſt.5.rectè definitur quod natura omnia animalia docuit. Nullũ

eſt enim certius argumentũ aliquid iuris naturalis eſſe, quam vbi hoc ipſum bruta inclinatione naturali faciunt: vnde M. Tull. lib. 2. de finib. ait beſtias eſſe ſpecula naturæ: naturam autẽ exponere decet pro Deo. Plin. lib. 2. nat. hiſt. cap. 7. haud dubiè naturæ potentiam id quoque eſſe quod Deum vocamus: ap. Senecam lib. 4. de benef. cap. 7. ſic Lactant. cap. 5. lib. 1. & in §. fin. hoc tit. nec quiſquã reperietur tam proteruæ petulãtiæ aut indurati cordis qui neget verũ opus fuiſſe poteſtatis ſupernę facultatibus illis naturalibus homines & bruta cumulare. Bruta quidem impetu, vi, inſtinctu, & inclinatione naturę feruntur: homines verò quod faciunt ſi naturali ratione duce faciant, hoc propriè ius naturale vocabitur quod Deus omnia animalia docuit tam ea quæ

ratione prædita ſunt, quàm rationis expertia.

Specioſè verò nugantur interpretes, cùm duplex ius naturale conſtituunt: alterũ, quod homini cũ brutis cõmune eſt quod primarium vocãt, aliudquod homini cũ homine commune dixerunt & appellant ſecũdarium, quod à iure gentiũ non differt. Etiam inconcinne qui aliud eſſe ius commune homini cum Deo, aliud commune homini cũ brutis: tertium commune homini cũ homine: omnium verò ineptiſſimè qui triplicem vim in homine ſpectant plantæ vegetationem, pecudis ſenſum, rationem Angeli, & ita triplex ius naturæ commẽti ſunt, vt Voconius à Vacuna in libris nouarum iuris declarationum: hæc nullo iuriſconſulto authore: quæ nec quidquam ſolidę do-

ctrinæ redolent, ac vehementer falluntur qui exiſtimant quæ ſolis hominibus cōueniūt iuris naturalis propriè ſumpti non eſſe: Nam quod natura omnia animalia docuit vnum quodque ſecundum ſuam ſpeciem iuri naturali tribuendum eſt, itaque fraus in vulpe, ſęuitia in leone, ſagacitas in cane, vigilantia in noctua, induſtria in formica iuris naturalis ſunt non ſecus quàm in homine ratione vti, nam operatio per rationem eſt propriæ naturæ hominum ex Ariſt. 1.Eth. diſſerit D. Thomas ad 5.Ethic. & ſeruare pacta iuris naturalis eſt, licet vtique hæc cæteris animantibus non inſint, quin hoc apertè probatur l.1.ff.de pact. vbi æquitas ſeruandi pacta naturalis dicitur, quæ tamen brutis non conuenit quæ nec iuriſgent. dici poteſt. Nam quod ſubiicitur nō

conueniret, ait enim iuriſconſultus hanc æquitatem ſeruandi pacta ideo naturalẽ eſſe, quia humanę fidei congruat pacta ſeruare, at fides eiuſmodi non per vſum vt quæ iuriſg. ſunt, ſed per naturalem rationem hominum mẽtibus inſitã eſt. Rurſus nemo in eã ſententiam propellat, l. 1. in fin. ff. de iuſt. & iure. vbi ius naturale dicitur quod omnibus animantibus cõmune eſt; Breuiter ius naturale in genere ſumptũ omnibus animantibus conuenit, ac omnia animalia iſtius iuris peritia cenſentur hoc §. id eſt, cætera animãtia eo iure vtũtur, vt in l. liberi de aſſig. lib. ff. l. fin. de ſuis, & legit. ff. vel vt Budæus expoſuit eius iuris peritia æſtimantur & nobilitãtur, vt in l. 1. §. 1. ad municip. ff. l. eum qui C. de Epiſc. & cleric. Sed non ſequitur ea quæ ſpecialiter à natura vnicuique

animantium ſpeciei competunt iuris naturalis non eſſe.

Placet duplex eſſe ius naturale gubernatũ & gubernans, poſuit Fortunius Garſias Iuriſc. Hiſpanus, gubernatum in bruta cadit, & quemadmodum Lactant. lib. 2. cap. 5. ait ineſſe ſideribus rationẽ ad motus ſuos idoneam, quæ tamen ratio non illorum eſt, ſed Dei qui regit omnia, ita etiam prædita ſunt omnia animalia eo iure naturali quod non eſt ipſorum, ſed Dei optimi maximi gubernãtis: ſcripſitque Plutarch. libellum bruta animantia ratione vti quod intelligo de ratione gubernata non gubernante: ſicuti cum Quintilianus ait declam. 277. in animãtibus mutis libidinem ratione contineri: atque ap. Philoſt. in vita Apollon. lib. 2. c. 8. extat egregium rationis illius gubernatę in ele- 5 6

phantibus exemplum minimis proceriores in itinere pręcedétib⁹ fierétque fortaſſis pudor hominibus, ſi ſingula rationis gubernatę in brutis exépla memorarétur. At verò ius gubernás eſt in hominibus, qui, vt dictum eſt, ſi ea quæ bruta naturali inſtinctu faciunt cũ ratione faciant, vel ſi quid ſibi propriũ & à natura inſitũ ipſa natura duce operétur tunc iure naturali faciunt ac in homine ius naturale nil aliud eſt quam ratio, l. cũ ratio ff. de bon. damn. quod ſemper æquum & bonum eſt, l. penul. ff. de iuſt. & iur. quod naturalis iuſtitia dicitur, l. ſcire §. conſequens. ff. de excuſ. tut. quodque in bruta non cadit, l. 2. ff. ſi quadrup. paup. cum æqui boni expertia ſint, nec velle poſſint.

Denique de illo iure naturali gubernante intellexit ſtoicus qui dixit

ſummum bonum eſſe conſentaneè cum natura viuere, quem vtrum reprehendere debuerit Lactãtius lib.3. cap.8.alij viderint:pulchrè Tull.lib.3. Tuſcul.hominis naturam nunquam eſſe deprauatam,niſi fuerit aut educationis vitio aut falſis opinionib⁹ corrupta:atque alibi, ſi naturam ducem ſequamur nunquam aberrabimus. quin propter illã naturalẽ rationẽ tãta eſt hominis præſtantia,vt diuinitatis particeps dicatur Pſal. 8. Minuiſti eum paulominus ab Angel. & in Pſalm.81.& in epiſtol. Dioniſ.Areopag. ad Caium imitatione illa ſummi Dei ſummique boni nequaquam imitabilis propter quam homines dij & boni efficimur.

Hinc deſcendit maris,&c. Illuſtrant ſuperiorem doctrinam, quæ proponũtur exempla:Ecce maris & fœmi- 7

næ coniunctio ad quam bruta incli-
natione naturali feruntur iuri natu-
rali tribuitur, atque cum hoc ipſum
homo cum ratione facit, etiam iure
naturali facit: quin vt peruerſam cō-
iunctionem vagum & præpoſterum
concubitum iuris naturalis non eſſe
ſignificaretur, reſpectu brutorū con-
iunctionem maris & fœminæ poſuit
imperator, reſpectu vero hominum
matrimonium appellauit: quod ſi
ſacramentum exceperis iuris eſt na-
turalis, an. I. diſtinc. 5. & quodammo-
do diuinitatem redolens in homine,
l. I. ff. de rit. nupt. Sic liberorum pro-
creatio & educatio iuris eſt naturalis,
nam hoc bruta vi & inſtinctu naturę
faciunt, quod tamen homo cum ra-
tione facere debet, neque enim præ-
ter æquum & bonum liberis opera
danda eſt, prohibetur quippe vagus

cõncubitus, & ad impurã rẽp. Platonis relegatur: ac ita etiã liberi debent educari vt non tam ætate quàm moribus proficiant. Denique iuris naturalis ſunt omnia quę deſcribuntur in can. ius naturale 1. diſtinct.

IVs autem ciuile vel gentium ita diuiditur. Omnes populi qui legibus & moribus reguntur partim ſuo proprio, partim communi omnium hominũm iure vtũtur. Nam quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt: vocaturque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes gentes conſtituit, id apud omnes populos peræque cuſtoditur, vocatúrque ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtũtur. Populus itaque Romanus partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtitur. Quæ ſingula qualia

ſint, ſuis locis proponemus.

1 Quid ius commune quid proprium.
2 Iuris naturalis & iuriſg. affinitas.
3 Definitio iuriſgent. aliter explicata quam vulgo.

1 Omnes populos qui legibus & moribus reguntur, partim cõmuni iure, vti, id eſt, naturali & gẽtium, partim proprio, id eſt, ciuili nó vno loco expreſſum eſt ita in l. omnes pop. ff. de iuſt. & iur. Ac Taurus nobilis philoſophus in publico mores populi, in priuato ius naturæ gentiúmque ſeruan-
2 dum eſſe volebat, quin fortaſſis propter magnã iuris naturalis & iuriſg. affinitatem vtrumque iuris communis appellatione continetur, quę tanta eſt vt iuſg. nil aliud addat iuri naturali, quam vſum & cõmunem omnium gent. obſeruationem: Eſt enim ius naturale hominis ſoli ac ſolitarij cum vxore & liberis degentis iuſg.

aliorum hominum ſocietate impli- catorũ. Definitúrque iuſg. quod na- 3 turalis ratio apud omnes homines cõſtituit, & quod apud omnes gent. peræque obſeruatur: naturalis ratio nil aliud eſt quam ęquitas ſiue ius na- turale humanũ & gubernãs. Poſuit- que ius naturale pro iureg. M. Tull. lib. offic. 3. natura, id eſt, iureg. conſti- tutum eſt, vt nemo ſui cõmodi cauſa poſſit alteri nocere, quibus oſtẽditur id quod natura obtinet eſſe quoque iureg. cõſtitutum, ſicuti in l. cum am- plius, §. is natura debet, ff. de reg. iur. vbi is qui iureg. debet natura quoque debere dicitur, & idem Tull. lib. 2. de Inuẽt. ius naturale partitur in ſex par- tes religionem pietatẽ obſeruantiam vindictam gratiam veritatem: quæ omnia tribuuntur iurig. in tit. de iuſt. & iur. ff. ita vt affirmare liceat id quod

iuriſgentium eſt etiam iuris naturalis eſſe. Porro cum adiicitur quod apud omnes gentes peræque obſeruatur, dictio peræque denotat eodem modo atque naturali ratione duce, non etiam exẽplo apud omnes gentes ius illud obſeruari, vt annotauit Durãd. in ſuo tractat. de legib. quo pacto oporteat interpręrari, quod ait Tull. lib. 3. offic. quæ ſemel inuẽta, naturali ratione ſcilicet, tanquam vtilia ab omnibus probantur iuriſg. eſſe. Denique non eſt exiſtimandum quid iuriſg. nõ eſſe, ſi ab hoc vel illo populo non vſurpetur: etiam multa iuri naturali contraria quędam nationes frequentãt, vt Lacedæmonij, & Ægiptij apud quos pulchrum fuit furari, quamuis furtum iure naturali prohibitum ſit, l. 1. in fin. ff. de furt. ac Tacit. lib. 3. Annal. Germanos diuini & humani iuris

expertes eſſe ait. Quamobrem rectè Grat.in can.iuſg.1.diſtinct. iuſg. eſſe quo omnes ferè gentes vtũtur: atque omnium optimè Theoph.hic,iuſg. eſſe quod communicatur omnibus qui vitæ commodè atque vtiliter degendæ rationẽ tenẽt: ille variis exemplis iuſg.illuſtrat, ſed quæ nihil recõditioris continent.

SEd ius quidem ciuile ex vna quaque ciuitate appellatur: veluti Athenienſium. Nam ſi quis velit Solonis, vel Draconis leges appellare ius ciuile Athenienſium, non errauerit. Sic enim & ius quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus, vel ius Quiritum quo Quirites vtuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à Quirino appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis: noſtrum ius ſignificamus, ſicuti cum

poëtam dicimus nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus: apud nos, Virgilius.

1 Ius ciuile naturali gentiúmque iure poſterius.
2 Iuris ciuilis initia.
3 Cain primam ciuitatem condidiſſe.
4 Definitio iuris ciuilis expoſita.
5 Ius ciuile multiplex ius naturale & gẽt. vnicũ.
6 Tam ius natur. & gent. quàm ciuile bonum & æquum continere ac declarata l. penult. ff. de iuſt. & iur.
7 Ius ciuile locale.
8 Quomodo ius ciuile non in totum recedat à iure naturali nec ei per omnia ſeruiat & expoſita l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur.
9 Ius ciuile addere & detrahere iuri naturali.
10 Differentia inter bonum & ciuilem virum.
11 Quomodo ius legitimum ſit quod ab initio nil intereſt ſic an ſecus fiat.
12 Erroris iuriſgent. neminem excuſationem prætexere poſſe.
13 Errore iuris ciuil. mulierem minorem 25. ann. & militem excuſari.

1 Ius ciuile iure naturali iuréque gẽt. poſterius eſt, quod tũ neceſſario caput exeruit cum ciuitates condi cœperunt. Iſocrat. in orat. ad Nicol. de regn.

regn. & §. ſingulorum de cor. diuis.
Nam cum ſine iure & legibus, mani- 2
bus ſepta hominum multitudo diu-
tius eumdem cōſenſum retinere non
poſſet propter naturalem hominum
ad diſſentiendum facilitatem, l. item
ſi vnus, §. principaliter ff. de recept.
arbit. lex adhibenda fuit quæ ſi-
mul coadunatum vulgus cōponeret
ac moderaretur, ſic veteres fundatas
legib. ciuitates dixerint: vt ap. Vigil.
lib. 6. Æneid. agnoſco crines inanáq;
menta regis Romani primus qui le-
gibus vrbē fundauit. & author libri
de vir. illuſt. cap. 1. & in l. 2. §. exactis,
ff. de orig. iur. atque inde ſequitur ius
ciuile cœpiſſe temporibus fratricidæ
Cain qui primus ciuitatem condidit 3
Geneſ. cap. 4. & ap. Philon. Iudæum
in li. Biblic. interp. & in can. vlt. 6. diſt.
Secunda eorum iurium differentia 4

definitione iuris ciuilis proditur, quã hic Iuſtin. poſuit, & habetur in l. omnes pop.ff. de iuſt.& iur. videlicet ius ciuile eſſe quod vnaquæque ciuitas ſibi conſtituit: aliter Gratian. in can. ius ciuile 1. diſtinct. quod quiſque populus: ac Apuleius Apolog. 1. ait quindecim liberos homines populum facere, totidem ſeruos familiam, totidem vinctos ergaſtulum.

ſ Quare licet vnicum fuerit ius naturale, & vnicum iuſgent. multiplex fuit ius ciuile pro variorum populorum legib⁹ & inſtitutis, vt ius ciuile Athenienſium, Lacedæmoniorum, Perſarum, Romanorum: quod ius ciuile Romanorum vbi nõ additur nomen ſemper per excellentiam quandam & antonomaſiam intelligitur, ſicuti appellatione poëtæ apud Græcos Homerus, apud Latinos Virg. veniũt.

Tertia differentia colligenda eſt ex l.penult.ff.de iuſt. & iur. vbi ius dici- 6
tur duobus modis ſumi,vno modo quod ſemper æquum & bonum eſt, vt eſt ius naturale,altero modo quod eſt omnibus vel pluribus in quaque ciuitate vtile,vt eſt ius ciuile: ne quis ita exponat ius ciuile continere tantum bonum, id eſt vtile nõ æquum. Nã vt eſt apud Lucan.lib.8.ſidera terra vt diſtant, & flamma mari,ſic vtile recto. Lactant. poſuit lib. 6. cap.9. Quin, vt ait Horat. Satyr.3. lib. 1. Eſt ipſa vtilitas iuſti prope mater & æqui ac duæ ſunt legis propriæ ac coniunctæ vires,prudẽtia & æquitas ex Cic. lib.1. de legib. Denique ius in genere nil aliud eſt quam ars æqui & boni: quo pacto ius ciuile æquum & bonũ continere debet:ac Tull.in Topic.ita ius ciuile definiuit,vt eſſet æquitas

conſtituta iis qui eiuſdẽ ciuitatis ſunt ad res ſuas obtinẽdas : ſed hic eſt eius loci ſenſus, in iure ciuili cõſtituendo vtilitatis ciuitatis non etiam perinde ſingulorum totius orbis hominum haberi rationem, atque ius naturale & iuſg.ſemper & vbique bonũ con-
7 tinere, at ius ciuile in ea maxime ciuitate vtile eſſe in qua poſitum eſt, cuiuſque gratia conſtitutum : ſic vtile fuit Athenienſibus immunitatẽ concedere negociatoribus qui eis frumentum aduexiſſent. At hoc neceſſarium non fuit Alexandriæ cauere quę omnibus annonis abũdabat tot. tit.de frum. Alex.lib.11.C.ſic Lacedęmonij legem tulerãt qua peregrinos omnes abigebant vrbe, ex Cic. lib.2. Offic.Athenienſes non probarũt : ex Vitruu.lib.6.de Architect. ex quibus Theoph. vult intelligi ius ciuile lo-

cale eſſe & χρειώδεις, atq; perinde vt videmus, nõ omnia omnẽ ferre tellurẽ ſic propemodum lex erit in vna ciuitate commoda quę in altera iniquiſſima eſſet facit l.penult. §. ſunt quædam.de var. & extraord.cog.ff.Gloſs. in l.1.de pignorib.C. vtique ita comparatum eſt aliquando ius ciuile, vt non aliam æquitatẽ habeat ea quam magna vis vtilitatis ponit, vnde apud Tacit.li.14.Annal. habet aliquid iniqui omne magnũ exemplum, quod contra ſingulos vtilitate publica rependitur. quo etiam ſpectat illud Iaſonis Theſſalorum regis tantopere à Plutarcho celebratũ in Politicis, qui in magnis rebus iuſtitiam colere voluerit in paruis violet neceſſe eſt vt in l.ſi ita §.fin.ff.ad l.Aquil.

Quartò valdè notanda eſt l.ius ciuile ff.de iuſt.& iur.vbi ius ciuile non 8

in totum recedit à iure naturali, nec
ei per omnia ſeruit: Rectè, illa ipſa,
ſæpenumero legibus comprehẽdun-
tur quæ iuris naturalis ſunt, & quæ
quiſque ſecundum rectam rationem
facere iubetur, vt cum Horat. ait d. Sa-
tyr. 3. Opida cœperũt munire, ac po-
nere leges, ne quis fur eſſet neu latro
ne quis adulter: quippe iure naturali
furtum prohibitũ eſt d. l. 1. ff. de furt.
ſicut & adulterium, cum matrimo-
nium iuris naturalis ſit, vt ſup. dictum
eſt: In hoc vero non in totum ſeruit
ius ciuile iuri naturali, quia ſcilicet ius
naturale limitetur à iure ciuili ratio-
ne circonſtantiarum quę ſunt in loco
vel ciuitate, vel etiam quia, vt habe-
tur in d. l. ius ciuile, ius ipſum ciuile
9 addat & detrahat iuri naturali. Addit
paſſim & in omnibus ferè iuris nat.
articulis, vt cum matrimonium iuris

naturalis ſit, & liberorũ procreatio, & educatio, hoc amplius ius ciuile voluit, affici cœlibes pœnis, ſicuti qui quęue nuptias iterant, tot.tit.de ſec. nupt. & cũ à patre dotari filiam voluit. l.liberorum, ff.de iur. dot. atque his ſimilia. Detrahit verò, quia ius ciuile non omnia naturæ iuſſa exigit, ſed quæ ſine alterius iniuria negligi nõ poſſunt, ap. Senec.lib.2.de ira cap. 26. Quin hinc pendet diſtinctio in- 10
ter bonum & ciuilem virum, de qua Ariſt.in Politic.ac vulgò circunfertur multa bonum virum decere quæ in ciuili non requiruntur Lactant.lib.6. cap.19.Plin.epiſt. 10. lib.4. Facit.can. final.77. quæſt.4.

Quintò obſeruabitur Ariſtotelem 11
lib.Eth.5.cap.7.definiuiſſe ius legitimum, quod ab initio nil intereſt ſic an ſecus fiat: ſed poſtquam poſitum

eſt intereſt: re vera vnaquæque ciuitas multa ſibi conſtituit peculiaria, quæ neque iuris naturalis dici poſſunt, neque iuriſg. l. vlt. ff. de rer. diuiſ. vt ſunt multa ἀδιάφορα, quæ quia in ciuitate æqua & vtilia putantur ius proprium, id eſt ius ciuile efficiunt, atque illa ab initio nil intereſſet, ſic an ſecus fieri, neque enim honeſta ſunt per ſe, neque turpia, ſed poſtquã conſtituta honeſta fiunt & obſeruari debẽt. can. in iſtis legibus 4. diſtinct. etiam quãuis dura l. proſpexit, ff. qui & à quibus manumiſ.

12 Ad vltimum error iuriſg. neminem excuſat, non mulierẽ, non minorem 25. annis non ruſticum hoc naſcitur nobiſcum, nec ſcribitur, & eſt notũ omnib⁹ l. 2. C. de in ius voc. & vt Cic. in Orat. pro Milon. loquitur, hoc nõ accepimus, didicimus, legim⁹, ſed ex

natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſim⁹: at error iuris ciuilis excuſat, militem l. vlt. de iur. & fact. ign. excuſat mulierem & minorem in damnis amittendæ rei ſuæ l. penult. de re integ. reſt. minor. ff..

Ius autem gentium omni humano generi commune eſt. Nam vſu exigente, & humanis neceſſitatibus gentes humanæ iura quædam ſibi conſtituerunt. Bella etenim orta ſunt, & captiuitates ſequutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc iuregentium omnes pene contractus introducti ſunt: vt emptio & venditio, locatio & conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alij innumerabiles.

1 Quæ iuriſgentium.

2 Quomodo bella & captiuitates iuriſg. ſint declaratum aliter quàm vulgo.

3 Seruitutes iuriſg. & contra ius naturale conuenienter dictum.
4 Omnes pene contractus iuriſg.
5 Emphiteuſim,ſponſalitiam largitatem iuriſg. eſſe contra communem.
6 Stipulationem iuris ciuilis:quid de acceptilatione.
7 Mancipationes,coemptiones,quaſi cõtractus iuris ciuilis,& explicatus Theophil.
8 Obligationes quaſdam iuris ciuilis oſtenſum ac obiter expoſita l. ex hoc iure ff. de iuſt. iur.
9 Dominiorum diſtinctiones, & initia regnorũ à iureg.manaſſe.
10 An omnia principis.

1 Conſtituta inter iuſg. & ciuile differẽtia hic amplius exponitur quemadmodum ius ipſum gentium omnibus hominibus commune ſit,ac ex communi hominum obſeruatione introductũ, humanis neceſſitatibus exigentibus:Ac bella quidem, captiuitates,& ſeruitutes illi iuri tribuuntur, quin eleganter addentur ea omnia quæ occaſione belli fiunt, vt iura

legatorum,l.Sanctum,ff.de rer.diuiſ. l.vlt de legat. ff.2. poſtliminia,induciæ,fœdera, can. iuſg.1. diſtinct. Nec 2
aduerſatur ſi quis obiiciat, bella quædam iniuſta & iniqua eſſe:atque Proclus in lib.de anima,belli initium iniuſtitiæ tribuit. Satisfecit Alciat. lib. Paradox.2.cap.vlt. Addo vix quemquam tam apertè profligatum, qui non iure ſe bellare comminiſcatur. Nam,vt ait Lucan.lib.2.de bell.Pharſal. quemque ſuæ rapiunt ſcelerata in prælia cauſæ: ac ſola opinio bellũ iuſtum,aut iniuſtum faciet,vt pleraque ex opinione conſiderantur cap.1. hic finit lex in vſib,feud.quomodo conuenientius reſpondetur,quam ſi quis cum Accurſ. dicat iuſg. quædam iniqua induxiſſe, quod nemo vnquam admiſerit propter l.penult. ff.de iuſt. & iur. Cùm autẽ captiuitates etiã ad

iuſq.referuntur, hoc nil aliud concinit quá eo iureq. bello capta in prærda eſſe,l. naturalem §.item,quæ ff.de acq.rer.domina.l.ſi quid ff.de captiu. Nec diſtinguitur vtrum bellú in extraneos, & barbaros, qui propriè dicuntur hoſtes nouell.Leon.63. an inter ciues fiat, qui propriè dicũtur aduerſari 1.l.ſi quis ingenuam illo tit.de capt.ff.Cic.Philip.12. quamuis enim Tacitus lib. hiſtor.2. exprimat bellis ciuilibus captos in prędam nõ verti, quin ita fieri potuerit non inficiatur, ſed vt eorũ bellorum crudeliſſimam conditionem notaret captos in prædam non verti dixit, quia paſſim ab aduerſariis occiderentur: At ſi captos licuerit occidere multo magis ſeruare & in prædam habere argumento l.in ſuis,ff.de lib.& poſth. Sane capta bello ciuili capientium fiunt non ra-

pta vnde, vt eſt apud Sueton. lib. 9.
cap.10. Veſpaſianus dedit iudices per
quos rapta bello reſtituerentur. Illa
autem rapta cenſeri debent quæ non
in loco expeditionis capta ſunt, argu-
mento, l.bello amiſſi, ff. de excuſat.
tut. vel etiam ſi qui in numeros rela-
tus non eſt, ac qui ſtipendia non facit
aliquid inuolauerit, quo caſu qui id
admiſit tanquam latro pro qualitate
delicti puniendus eſt. Denique ſerui- 5
tutes iurig. imputantur, quæ ſunt na-
turali iuri contrariæ: Pulchre D. Aug.
in lib. de ciuit. Dei, quædam iureg. in-
troducta habere ſuo reſpectu ratio-
nem, quãuis aduerſari naturę videan-
tur, vt Dominia bella ſeruitutes: eo
quippe tempore, quo omnia cõmu-
nia erant can. dulciſſimis 12. quæſt. 2.
ac nedum introductis bellis commu
nis erat omnium hominum libertas,

erátque iuris naturalis, quia ita dictabat ratio naturalis, at poſt introducta bella & captiuitates, vſu exigente, & humanis neceſſitatibus, vt hic Iuſtin. loquitur, iuſq. per aliam rationē quā natura ſupeditauit, quædam induxit, quæ ſi ſpectentur prima illa tempora iuri naturali contraria ſunt, ſed ſi quę ſequuta ſunt, iuri naturæ non aduerſantur: ſatius enim fuit captos ſeruare, & ſeruire quam occidi quæ fuit ratio ſeruitutis inducendæ, quæ ita durum admiſit vt durius euitaretur, l. ſi procurator, ff. de dol. mal. & met. except. Sic intelligitur definitio ipſius ſeruitutis, ſeruitutem eſſe cōtra naturam, id eſt, contra id quod natura aliquo tempore dictauit alioqui grauiſſimi philoſophi ſecundum naturam eſſe contendunt, vt Plato lib. 2. de legib. & Ariſt. lib. 1. Politicor. cap. 3. qui

tamen hoc exemplis verius quam rationibus probant.

Et ex hoc iureg. &c. Ius ciuile bonam fidem agnoſcens omnes pene cõtractus iurig.reddidit:atque in primis emptionem & venditionem,locationem & conductionem,ſocietatem,& mandatum qui nudo conſenſu perficiũtur, l.ſi ſtipuler.§. vlt. ff.de verb.obligat. l qui ad certũ, ff. locat. mox illos qui re celebrantur,depoſitum,mutuum, l.cum enim, ff. de nouat.ac poſtremo his verbis (*& alij innumerabiles*) reliqui contractus deſignantur, qui vel nudo conſenſu, vel rei interuẽtu fiunt: & qui deſcribuntur l.1.& 2.ff.de oblig. & actionib. & tam nominati quàm innominati. 4

Sic magis eſt Emphiteuſim locationis germanam,§.adeo de locato inf. & quæ ideo nudo conſenſu concilia- 5

tur ad ius gent.referre, non etiam ad ius ciuile, vt vulgus interpretũ. Nam quamuis Zeno hunc contractũ conceptionem definitionémque habere propriam voluerit, l.1.de iur. Emphit. C. id eſt, hunc contractum habere propriam naturã ac certas regulas ac peculiares traditiones aliis contractibus minimè conuenientes: eum tamen Sibila cumana antiquiorem conſtat ex cap.47. Geneſeos, & ex Ioſeph.lib.2.antiq. Iudaic. cap.4.tot. tit.ſi ager vectig. vel Emphiteut. petat.ff.l.ſciẽdum, §.1.ff.qui ſatiſd. cog. cum ſimilib. Quin etiam vehementer errant, qui ſpõſalitiam largitatem iuris ciuil.eſſe prodiderunt quod ſpecialem eum contractum Iuſtinian. ſe feciſſe glorietur nouell. 119. nam & hæc ſemper ante Iuſtinianum vſurpata fuit, §.fin. de donat. inf. ac Martianus

tianus Capella in nuptiis Philolog. donationes propter nuptias recompenſatrices appellat: imo quemadmodum qui grana ex alienis ſpicis excutit, nō nouam facit ſpeciem, ſed eam quæ eſt detegit: ita nec qui deſitos cōtractus ad vſum reuocauit eos induxiſſe videri debet, argumento l. adeo, §. videtur, ff. de acq. rer. dom. Profecto quidam cōtractus iuris ci- 6
uilis ſunt hoc §. atque dictio (*Penè*) id loquitur, ac erit eius modi ſtipulatio, quę quamuis ab aliis populis vſurpata, vt ap. Hierem. prophetam cap. 32. quia tamē ciuilibus verbis & ſolemnibus quibuſdā formulis fiebat, aucupia enim illa verborum & tendiculæ literarum iuris ciuilis Romanorum fuerūt, & quia cōtinuū actū deſideraret, ac vel eo nomine iuri ciuili tribuēda, quod deportati ſiue pere-

grini qui quæ iuriſg. ſunt, retinent, l. quidam ſunt ſerui, ff. de pœn. per ſtipulationem iure obligari, nec alios ſibi obligare poſſint l. vlt. ff. de duob. reis, l. ſi debitori, ff. de fideiuſ. Verum eſt quidem acceptilationem, quæ eſt ſtipulatio liberans debitorem iuriſg. eſſe, l. an inutilis, §. fin. ff. de acceptil. quæ cum ſolam verborum obligationem poſſet tollere ante Gallum Aquilium, proculdubio ad ius ciuile ſtemmata ſua retulit, ſed cum naturali & cõmuni omnium hominum iure eſſet introductum, vt per acceptilationem omnis omnino obligatio tolleretur, §. item per acceptilationem quib. mod. toll. oblig. inſ. acceptilatio iuriſg. facta eſt, ac eo iure vtimur, ait Iuriſc. vt acceptilatio iuriſg. ſit: quo pacto etiam quodámodo ſtipulatio iuriſg. erit, cum hodie

nullius cōtractus formula ſine ſtipu-
latione vbique fere gentium fieri ſo- 7
leat:ap. Var.in lib.de re ruſtic.Manci-
pationes quoque illę ſolemnes,con-
farreationes & conuentiones in ma-
num in matrimoniis, atque omnes
illi fictitij cōtractus, in quibus num-
mus Caianus,ſtatera,libripēs,& ciues
Romani ad teſtimonium requirebā-
tur,erant ciuilis prudentiæ humanæ;
qui melioribus inuentis ceſſarūt. De-
niq;placet annotare quaſi contractus
legis interpretatione & fictione indu-
ctos,qui digna oraculis breuitate de-
ſcribūtur in tit.de oblig.quæ ex quaſi
contract. naſcunt. illi contractus di-
cuntur,l.ex contractibus, ff.de act. &
oblig.l.contractus, ff. de reg.iur.eóſ-
que intellexit Iſidorus in can.ius qui-
ritum,1.diſtinct. ſed qui per vſum
iuriſg.facti videri poterunt:quomo-

do teſtamenta à Theoph. iurigent. tribuuntur hic, quod Iaſon approbat in rubric. de acq. vel omitt. hæred. ita tamẽ vt ſemper prima origo, & approbatio ſpectanda ſit, §. venditæ de rer. diuiſ. inf. ex qua retinetur illud, ne peregrinis vel deportatis teſtamẽti factio communicetur, l. cuius, §. 1. de teſta. ff. niſi ex teſtamento militis capiant, l. neque, ff. de milit. te-
8 ſtam. Planè in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. iuregent. obligationes inſtitutas dixit Hermogenian. exceptis quibuſdam, quæ à iure ciuili introductæ ſunt: intellexit autem dictionem dotis, & iuſiurandum liberti quæ verbis contrahuntur ex Caio lib. 2. Inſtitut. ac magis eſt omnem verborum obligationem eſſe iuris ciuil. Et rurſus intellexit eam obligationem quæ non ex contractu naſcitur, ſed pacto nu-

do iure prætorio, vt illa pignoris obligatio, quæ hippoteca dicitur, l. ſi tibi §. de pignore, ff. de pactis, l. quod autem, §. 1. de conſtit. pec. l. contrahitur, ff. de pign. & hippotec. Denique etiã eam obligationem quæ literis contrahitur, quæ iuriſg. eſſe non poteſt. Nam cùm ſine numeratione nemo naturaliter obligetur can. turbatur, 1. quæſt. 4. cũ in obligatione literarum nulla numeratio interuenerit, ſequitur naturalem obligationẽ non natam, proinde iuriſg. obligationẽ non eſſe ex l. cum amplius, §. is natura debet, ff. de reg. iur. qua ratione magis eſt illam literarum obligationem eſſe meri iuris ciuilis, vt vulgaris ſcolæ authores affirmant. Ac ne illud omittatur 9
text. in d. l. ex hoc iure iuriſg. facit diſcretionem gẽtium, quæ quando, & quomodo facta ſit, ponit Io-

ſeph. lib. 1. antiquit. Iudaic. cap. 6. & Auguſt. de ciuit. Dei lib. 6. cap. 3. & cap. 11. etiam inſtitutionem regnorum, quæ illis ab initio conceſſa ſunt qui viribus & ingenio pręſtabant, ita Celidonius, ac cum terra eſſet inſula quæ vndique Oceano circumluitur, vt oſtendit Strabo lib. 1. Geograph. inſula in mari nata iure g. primo occupanti data eſt, §. inſula, de rer. diuiſ.

10 Cæterũ ineptiſſimũ eſt quod Theoph. poſuit in §. prætorũ hoc. tit. Omnia principis eſſe: Eam quæſtionem aliquando Bononiæ agitatam inter Martinum & Bulgarum Melantonius ſcribit, qui cum ſuæ diſceptationis Henricum octauum iudicem cir-

11 ca annũ 1190. feciſſent, ſponſione inita, vt à victo victor equum acciperet, Martino tuenti omnia principis aſſenſit imper. quod poſtea Bulgarus

conqueſtus eſt ſe amiſiſſe quidem equum, ſed non fuiſſe ęquum: Ezechiel. cap.46. non accipiet princeps de hęreditate populi per violentiam, nec de poſſeſſione eorũ facit exẽplũ lib.2.reg. cap.12. & aliud lib.3.cap.31. ac lege diuina inſtituti principes ad omne ius & fas, ac planè tutoribus & curatoribus ciuiles ex Platon. lib. 8.de Republ. Denique quamuis imperator dicatur mũdi dominus,l. deprecatio ad l.Rhod.de iact.ff. hoc interpretandum eſt,pro gubernatione quippe dictio dominus id ſonat, vt ap.Virgil. lib. 2. victis dominabitur Argis, & certum eſt quidẽ imperium & dominationem in omnibus rebus imperatorem habere,non etiam dominium apud Plinium in Panegir. Ecquit ſuum non videat Cæſar imperium principis, quã patrimonium

maius eſt: etiam Seneca lib. 6. de Benef. ait principem imperio, ſubditos vero dominio res ſingulas poſſidere.

COnſtat autem ius noſtrum quo vtimur aut ſcripto, aut ſine ſcripto: vt apud Græcos. τῶν νόμων οἳ μὲν ἔγγραφοι οἳ δὲ ἄγραφοι. *Scriptum autem ius eſt lex, plebiſcita, ſenatuſconſulta, principum placita: magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum.*

1 Iuris ciuilis diuiſio in ſcriptũ, & non ſcriptum.
2 Ius ſcriptum iure non ſcripto prius.
3 Sex iuris ſcripti ſpecies.

1 Ius ciuile hic in duas partes diuiditur, ſcriptum, & non ſcriptum, l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur. ac Tullius Epiſ. 1. lib. 6. ad Attic. ius ſe bifariã in prouincia cõſtituiſſe ait, ſcriptis, per ędictum prouinciale, ſine ſcriptis, cùm ſe de reliquo iure ἄγραφον reliquiſſe teſtatur. De iure non ſcripto & con-

ſuetudine videbitur in §.ex non ſcripto hoc tit. ſed antea exponuntur ſpecies iuris ciuilis ſcripti: quia illud prius fuit in vnaquaque ciuitate, quã conſuetudo, quę mox inter eos inualuit, qui iuris ſcripti cõmunionem habebant l. 2. §.1. & §. exactis, ff. de orig. iur. 2

Scriptum autem ius eſt. Sunt ſex iuris ciuilis ſcripti partes, l. ius autem ciuile, ff. de iuſt. & iur. ac Tullius in Topic. vniuerſi iuris ſeptem ſpecies fecit cũ illud ait in legibus, ſenatuſcõſultis reb⁹ iudicatis, iuriſcõſultorũ authoritate, ędictis magiſtratuũ, more, ęquitate cõſiſtere: opportebit referre res iudicatas ad ius ciuile non ſcriptum, item æquitatẽ & morem: atque etiã dicẽdum erit legis nomine plebiſcitum comprehẽdi, ac tandẽ ſupplenda placita principum, qui ſibi non ſatis

adhuc temporibus Tullij imperium ſtabiliuerant, quo pacto diuiſio illa huc omnino reſpondebit.

Lex eſt quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante, veluti conſule, conſtituebat.

1 Lex definita, & qualis.
2 Forma ferendarum legum.
3 Legis genere ſumptæ definitiones.

1 Lex definitur quod populus ſenatorio magiſtratu interrogante veluti Conſule cõſtituit, etiam ap. Gell. lib. 10. cap. 20. atque hoc de illis legibus exponi neceſſe eſt, quæ regibus exactis primũ conſtitutæ ſunt, nec enim antea conſules, ac tum lex illa 12. tab. iuſſus pop. ac ſuffragia ſunto, quodcũque populus iuſſerit id ius ratumque eſto ex Liuio lib. 7. & lib. 9. Itaq;
2 interrogabatur populus à cõſule vel maiore magiſtratu vtrum legé quæ

ferebatur ratam haberet, illis verbis
velitis, iubeatis Quirites, quam quo-
ties probabat populus in tabella data
notabat literas *V* & *R*. quæ ſignificāt
vti rogas, ſi verò nō placebat, annota-
batur litera *A*, qua deſignabatur po-
pulum legē antiquare. Tull. in Orat.
pro domo ſua, & in lib. 2. de Legib.
vbi eiuſmodi leges vocat Centuria-
tas & Conſulares. At ſtatim factū eſt
vt non amplius neceſſe eſſet ſenato-
rium magiſtratum, veluti conſulem
legem rogare, quippe cōſulatus ple-
beiis communicari cœpit anno vrbis
388. l. 2. deinde cum placuiſſet, §. ff. de
orig. iur. quin poſtea omnis poteſtas
legis cōdendæ in principem tranſlata
fuit, vt videbitur in §. ſed quod princi
pi placuit, inf. hoc tit. Cæterū Iuſt. hic 3
noluit ponere legē pro vniuerſa iuris
ſanctione, ſed prout diſtat à cæteris

iuris ſcripti ſpeciebus alioqui definiuiſſet legem cum Papiniano in l.1. ff. de legib. vel cum M. Tull. lib. 1. de Legib. rationem inſitam à natura, quæ iubet, quæ faciēda ſunt, prohibétque cōtraria, vel cum Rodolph. Agricol. lib. 1. cap. 5. de inuent. commune iuſſum maioris poteſtatis ad tuendum ciuitatis ſtatū, ex ęquo, & bono conſtitutum. Durandus in ſuo tractatu de legib. definiuit ordinationem rationis ad bonum cōmune ab eo qui vicem communitatis habet promulgatam, &c.

PLebiſcitum eſt: quod plebs plebeio magiſtratu interrogante, veluti tribuno, conſtituebat. Plebs autem à populo eo differt, quo ſpecies à genere. Nam appellatione populi vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patritiis & ſenatoribus.

Plebis autem appellatione, ſine patritiis & ſenatoribus cæteri ciues ſignificantur. Sed & plebiſcita, lege Hortenſia lata non minus valere, quam leges cœperunt.

1 Quid Plebiſcitum.
2 Plebiſcita non aſtrinxiſſe ſenatores, & quare.
3 Quomodo & quando ſenatores plebiſcitis teneri cœperint.

Plebiſcitum eſt ſecunda iuris ciuilis 1
ſcripti ſpecies, quod plebeio magiſtratu interrogante, veluti Tribuno, plebs conſtituebat: rogabatur enim plebs à Tribuno Tributis Comitiis, non Centuriatis: atque hinc intelligitur cur ab initio plebiſcita ſolam plebem aſtrinxerint, non ſenatores, 2
non vniuerſum populum: nam plebeij magiſtratus nec patricios aduocare, nec ad eos de re vlla referre poterant ex Gell. lib. 15. noct. Attic. cap. 27. at poſt eam ſeceſſionẽ, quæ propter tyrannidem decemuirorũ con-

tigit quæ memoratur in l.2.§. initiũ
3 fuiſſe,ff.de orig.iur.lex lata eſt,vt om
nis populus plebiſcitis teneretur, &
plebiſcita non minus quam leges valerẽt,id eſt vt plebẽ & omnes Quirites aſtringerent. Liuius lib. 3. ſcribit, & Halicarnaſs.lib.2. legem illam per Horatium & Valerium Conſs.latam anno vrb. 304. quam renouauit Tit. Æmilius Mamerc. Conſs. anno vrb. 414.apud Liuium lib.8. ac poſtremo Hortẽtius Dictator, qui in magiſtratu mortuus eſt circiter annũ 466. vnde factũ eſt,vt hęc lex modo Horatio, modo Hortẽſio tribuatur, Horatio tribuunt Dion & Liuius:Hortẽſio Plinius lib. 16. cap.10. Gell.d. cap. 27. Florus in Epitom lib.11.D. Auguſt.in lib.3.de ciuit. Dei,cap. 17. & Iuſt. hic: atque iſti quidẽ melius cũ quodcũque poſtremũ pop. iuſſerit, id ius ra-

tumq; eſſe debeat. In numerum autẽ plebiſcitorũ redigũtur à Grachio lib. 2.cap.2.de comit.Roman.rogationes de pace.item illæ quibus aliquis legibus ſoluebatur, omnes denique, quibus triumphus vel ciuitas decernebatur, ac veteres vocabãt plebiſcita pſephiſmata Tull.in orat.pro Flacco. Et Plin.lib.10.epiſtol.52.

SEnatuſconſultum eſt quod ſenatus iubet atque conſtituit. Nam cum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, vt difficile eſſet in vnum eum conuocari legis ſanciendæ cauſa: æquum viſum eſt, ſenatum vice populi conſuli.

1 Theophili commentum de origine ſenatus conſultorum.
2 Pomponium, Theophilum, & Iuſtinianum diſſimulaſſe veram ſenatuſconſulti cauſam.
3 Statim ab initio vrbis ſenatuſconſulta fuiſſe.
4 Quomodo ſenatus authoritas creuerit.
5 Cui bono factum & vice populi ſenatus conſuleretur.

6 Quot ſenatores eſſent neceſſarij ad ſenatuſconſultum faciendum.

7 Quid ius ſecundæ,tertiæ,quartæ,quintæ relationis explicatur.

1 Senatuſconſultum tertiam iuris ciuilis ſcripti ſpeciem facit,l. non ambigitur,ff.de legib. Cōmentitium eſt autem quod hic Theoph. loquitur diſſenciſſe plebem & ſenatum inuicem,ita vt cùm ſenatus primas omnium rerum ad ſe traheret plebs plebicita, ſenatus verò ſenatuſconſulta ſibi conſtituerit: mox Hortenſium lege lata feciſſe, vt plebiſcita,quibus ſola plebs antea tenebatur, ſenatores & patricios aſtringerent, atque viciſſim ſenatuſcōſulta, quibus antea ſoli Patricij Plebeios:eoque pacto ciuitatem in cōcordiam reductam: hoc ita
2 nemo veterū. Etiam fallitur fallitque cum Iuſtiniano Theophil. cum eam ſenatuſconſultorum cauſam commemorat

memorat, quod difficile eſſet populum in vnum conuocari, legis ſanciendæ cauſa: nec ſatis vere Pomponius in l. 2. §. deinde, ff. de orig. iur. quia difficile eſſet populum conuenire, id eſt, vt interprętor, in vnã eandemque ſententiam concurrere conſtitutum, vt vice populi ſenatus conſuleretur. Conſtat ſtatim ab initio vrbis ſuam fuiſſe ſenatui authoritatem, quem Romulus inſtituerat. Exactis verò regibus, populo ſibi ius arrogãte creandorum magiſtratuum, ferendarum legũ, indicendi belli, paciſque ſtatuendæ etiam ampliſſimum ordinem ſua interpoſuiſſe decreta, quæ poſtea plebs comprobare ſolebat, ex Halic. li. 2. antiq. quin narrat Sueton. lib. 10. cap. 8. Veſpaſianum feciſſe inſtrumentum pulcherrimum, in quo pene ab exordio vrbis ſenatuſcõſulta

& plebiſcita continebantur. Profectò diutius factum eſt, vt finibus quibuſdam & tanquam cancellis eſſet circonſcripta ſenatus cognitio. Sed tandem P. Philone dictatore lex lata eſt, vt legũ quæ centuriatis comitiis ferrarentur patres authores fierent, ex Liuio lib. 8. quam Apian. lib. 1. de bellis ciuilibus repetitam à Sylla tradit, ac pedetẽtim ſenatus ipſe munia pop. vſurpauit, ita, vt ſub Tiberio è campo Martio comitia ad patres trãſlata fuerint, ex Tacit. lib. 1. Annal. Suet. lib. 3.
5 cap. 30. Eſtq; probabile ſenatũ ad tãtam potentiam perueniſſe eorum induſtria, qui ſibi imperium aſtruere volebãt: populi enim poteſtate in ſenatũ tranſlata, facilius ſenatum quam populum expugnari poſſe putabant, atque ſub Cæſaribus mãſit, vt legum omnium quæ ferebantur à principe

patres quodammodo authores fierent, ac Vopiſc. in Probo, leges quas Probus edebat ſenatuſconſultis conſecratas memorat, & ex l. humanum, C. de legib. obſeruatũ id diutius colligere licet. Quin ſenatus ipſe imperatores cœlo donabat ex Tertull. in Apolog cap. 5. Capitolin. in Anton. Pio, Euſeb. ad annum 102. quod quibus ritibus perageretur Herodianus poſuit lib. hiſt. 4. præter eum nemo, ſicuti ſenatus ipſe imperatorem hoſtem faciebat ap. Suet. lib. 6. cap. 49. qui & imperatorem eligere potuit ex Vopiſc. in Tacit. Euſeb. ad annum Chriſti 278. Denique conciſa primũ ſenatus authoritas nouuell. Leon. 78. quæ ne in poſterum ſenatus ius faceret conſtituit, idque quia omnis in principem tranſlata eſſet poteſtas, antiquis tamen ſenatuſconſultis ma-

nentibus. Cæterum totã fere ſenatuſconſultorũ rationẽ expoſuerunt Budæus in l.vlt. de Senat. ff. Conan. lib. 1. Cõment. cap. 14. Manucius in libello antiq. Rom. de ſenatu: Hotomanus in libell. de ſenatu, & ſenatus inſign. Duo dumtaxat non videntur ſatis explicaſſe: Primum, quot adeſſe perſonas opporteret ad Senatuſconſultum faciendum: Secundum quid eſſet habere ius ſecundæ, tertiæ, quartæ, &
6 quintæ relationis. Annotarunt quidẽ ex Liuio lib. 9. bell. Macedon. vbi de Bachanalibus mẽtio fit, ad ſacrum faciẽdum in ſenatu deſideratos non minus quàm centum. Ac rurſus ex Aſconio in Corneliana, tempore Ciceronis legem latam ne quis in ſenatu legibus ſolueretur, niſi ducenti affuiſſent: Dion lib. 54. author eſt ſenatuſconſultum fieri non potuiſſe, niſi

vocatis 400. patribus è ſexcẽtis, & ita duabus totius ſenatus partibus, vt in l.3.ff. de decr. ab ord. fac. Nos iurare parati ſumus legitimum fuiſſe ſenatorum numerum, ſaltem poſterioribus temporibus, ſi quinquaginta in ſenatum veniſſent. Quod oſtendit Lamprid. in Alexand. vbi narrat, Alexandrum nullam vnquam conſtitutionem ſacraſſe ſine viginti iuriſperitis, & doctiſſimis, ac ſapientibus viris, iis denique diſertiſſimis non minus quã quinquaginta, vt non minus in conſilio eſſent ſententiæ quam ſenatuſconſultũ conficerent. Ac non ita locus ille debet exponi, vt præter 20. iuriſperitos quinquaginta alij viri diſertiſſimi deſiderarẽtur, hic numerus faceret ſeptuaginta: quinquaginta adhibebat Alexander in cõſilio computatis iuriſconſultis, ac quinquagin-

ta in ſenatuſconſulto faciendo ſuffi-ciebant,& in l.9.C.Theod.de præto-rib. ea ſententia confirmatur appertius. Placet,inquit, imperat. ne minus quinquaginta clariſſimi veniãt in ſenatum, certum eſt enim hoc numero largè abundare ſubſtantiam virtu-
7 tis honorãdæ. Quantum pertinet ad ius ſecũdæ,tertiæ relationis. Eius frequens apud authores mentio: Iulius Capitolinus in Antonino Pio, Fauſtinam vxorem duxit,& ſuſcepta filia Tribunitia poteſtate donatus eſt, & proconſulari imperio, addito etiam iure quintæ relationis. Lamprid. in Alexand. Auguſtum nomen recepit, addito eo vt patris patriæ nomẽ proconſulare imperium tribunitiam poteſtatem,& ius quintæ relationis deferente Senatu acciperet. Vopiſcus in Probo. Decerno igitur Patres Con-

ſcrip.votis omnium concinnentibus nomen Cęſareum,nomẽ Auguſtum addo proconſulare imperium patris patriæ reuerẽtiam Pontificatum maximum ius tertiæ relationis, & tribunitiam poteſtatẽ. Plin.lib.8. epiſt.14. cũ ait,quæ referentibus poteſtas hinc exponi debet, videlicet quoſdam in ſenatu fuiſſe, qui ius tertiæ, quartæ & quintæ relationis haberẽt. Sciendum eſt autem non omnes relationem habuiſſe in ſenatu, quidam erãt ſenatores, qui pedarij dicebantur, & qui pedibus in aliorum ſentẽtiam itare poterant, capud ſine lingua, ex Gell.lib. 3. cap.18. alij verò, vt qui variis muneribus in ciuitatę functi erant, & poſtea à cẽſoribus in ſenatum allecti, ius habebant ſententiæ ſuffragio ſuo declarandæ,qui dicebantur relationẽ habere: ius verò ſecundæ relationis

erat, quoties vnius ſententia duabus aliorum ſententiis æquiualebat, tertiæ, quoties tribus, ac ſic deinceps: quod Alciat. & Zazius non intellexerunt.

SEd & quod principi placuit, legis habet vigorem. Cum lege Regia, quæ de eius imperio lata eſt, populus ei, & in eum omne imperium ſuum, & poteſtatem contulerit. Quodcumque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. Hæc ſunt quæ conſtitutiones appellantur. Planè ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur, quoniam non hoc princeps vult. Nam quòd ob meritum indulſit alicui, vel ſi cui pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non tranſgreditur. Aliæ autem cũ generales ſint, omnes proculdubio tenẽt.

1 Placita principum, & de verbo placere.

2 Cur conſtitutiones principũ placita vocentur.
3 Legis regiæ ſub Auguſto renouatæ noua expoſitio,ac præcipue verborum ei,& in eum.
4 Epiſtola principis ius conſtituebat, ac quomodo.
5 Item reſcriptum,annotatio,& ſubſcriptio.
6 Item decretum,& interloquutio.
7 Edictum lex præſtantiſſima.
8 Quid Orationes principum.
9 Conſtitutionum alias generales, alias perſonales,earúmque differentia expoſita.

Placita principũ conſtituunt quartam iuris ciuilis ſcripti ſpeciem, & ita vt verbũ placere rationis ſit,& cõſilij, l.Thais, §.ſorore, ff. de fidei.c. libert. quod & commune eſt principum, & prudentũ,l.3.quib.mod.vſuſf. amitt. l.2.ff.de vſuf.ear.rer.quæ.l.4.ff.de act. & oblig.l. aſſumptio,§.vlt. ad Municip.quin, vt oſtendatur quod principi placuerit effrenatæ libidinis eſſe nõ debere,licet principi nequiora iubenti nõ parere, 9.& 10. diſtinct. hoc etiam moderatiores principes admo- 1

nuerunt. Nam Traianus apud Dionem cum Parazonio Tatianũ accingeret dixiſſe fertur, talem enſem accipe, quem pro me ſtrinxeris, ſi iuſtè imperauero, quod ſi perperam à me, quid fieri cognoueris, in meam per-
2 niciem vtaris velim: vocantur fortaſſis conſtitutiones principum placita, quod illi ſuarum conſtitutionum rationem cuiquam reddere nõ coguntur, atque, vt eſt apud Tacitum lib. 1. Annal. ea eſt conditio imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur, facit, l. ſacrilegij: de crim. ſacrileg. C. quomodo ſupremorũ Galliæ Tribunalium arreſta rectè placita dicuntur, vt in l. 1. ff. ad Treb. quibus perſcribenda nunquam cauſa eſt cur ita iudicetur, vt Aufrerius poſuit in
3 libello de forma Areſtorum. At exponit hic Iuſtin. lege regia factum,

vt placita principũ vim legũ haberẽt, quod non eſt intelligendum de prima lege regia, qua cum populus Romulum regem declaraſſet, ei regnum confirmauit, quam Liuius lib. 4. Decad. 4. cum ipſa prope vrbe natam agnoſcit. Notiſſimum eſt ſub regibus populum ius creandorum magiſtratuum, ferendarum legum, belli iudicendi, paciſque ſtatuendę habuiſſe, ad quẽ quoque prouocatio erat, vt in cauſa Horatij factũ eſt, atque hoc adhuc legibus Valeriis conſtitutum. Etiam ſequuti Romulum reges populi ſuffragiis creati ſunt: & Papirius Curſor dictator prouocationi ad popul. ceſſit, ſempérque magiſtratibus populus ſuperior fuerat. Verum exactis regibus cum popularium & optimatium dominationem diutius reſpub. ferre nõ poſſet, eum rurſus in

In vnius imperium conſenſum eſt, & Auguſtus imperator declaratus lex regia renouata fuit, quam alij conuenientiori nomine Legem imperij dixerũt, l.3. de teſta. C. ſed multo copioſior prima. Nam per iſtam legem regiam à populo qui tum ſuperiorem non agnoſcebat facit L. legatus, ff. de offic. pręſ. regimenta reipub. ad imperatores perpetuo trãſlata, l.1. de offic. præf. præt. ff. & ita imperatores perpetuo Auguſti dicti: creatio magiſtratuum cœpit ad principem pertinere, l.1. ff. ad l. Iul. de ambit. l. quidam, ff. de re iudic. l.2. ff. de alb. ſcribend. apud Plin. lib. 4. epiſt. 8. & lib. 10. ſæp. Denique factum, vt ſolius principis eſſet legem condere erepta populo omni poteſtate, l. fin. de legib. C. l.1. ff. de conſtit. & hoc, §. vbi per hæc verba, *Ei, & in eum* omne imperium &

poteſtatem cõceſſit, ſignificatur, populum Auguſto ita omne imperium conceſſiſſe, vt ſibi nil reſeruaret : & in eum, id eſt, vt penes eum ſemper, & perpetuò remaneret imperium illud; ſic vt euaneſceret ius creandorum regum quo diutius populus ſub regibus vſus fuerat. Duarenus aliter exponit cap. 19. lib. 2. Anniuerſ. diſput. videlicet conceſſam ei principi in eum populum poteſtatem omnem & imperium, quod ſequitur quodammodo Theophil. cæterum prior illa mea interpretatio ſi quid video magis hiſtoriæ cõuenit, quæ etiam ea planior eſt, quam ab homine ingenioſo audiui aliquando, & qui inculcabat conceſſam principi omnem poteſtatem, & in eum, ſcilicet quã aduerſus ſe ipſum poſſet exercere, probarẽ, niſi perſuaſum eſſet, quãtum ſibi vulgo blan-

libello adire principem, vt eſt apud Tacitum, & Sueton. lib. 11. cap. 81. &
6 lib. 2. cap. 53. Multò celebrius erat ius illud quod princeps cognoſcẽdo decernebat. Nam etiã principes in cauſis ſingulorum iudicabant, ita tamen vt nõ niſi inſignes cauſæ, & ad exemplum pertinentes coram imperatoribus agerentur, vt docet Plin. epiſt. 31. lib. 6. l. in offerendis, C. de appellat. atque tum illa decreta legem faciebãt, cùm, vt ait Leo nouell. 92. animus erat principi qua de re iudicabatur ea porrigere ad omnes, l. 3. C. de legib. extant exempla cognitionis principũ, in l. proxime, ff. dę iis quæ in teſt. delent. & in l. nam & hoc Titus, ff. de
7 hęredib. inſtit. cum ſimilib. Denique quod per edictum cõſtituebat princeps, lex erat, & quidem illa omnium præſtantiſſima, cùm non ad certam aliquam

aliquam cõtrouerſiam edicta ponantur, atque ideo gratioſa dici non poſſint, ſed generaliter de re aliqua, l. teſtium facilitatem, C. de teſtib. l. hac edictali, C. de inceſt. nupt. Erant fere 8
eiuſmodi principum orationes, quas ad ſenatum mittebant, cuius generis multæ referuntur paſſim, vt in l. 1. C. Theod. de cret. & bon. poſs. & in C. Iuſtin. ſæpe, & in l. cum hic ſtatus, ff. de donat. int. vir. & vxo. l. diuus, ff. de ſer. fugit. in l. cum hi de tranſ. l. penul. ff. ad Tertull. vel quæ ad prouinciales, nunquam ad populum edicta intebantur, ac in l. humanum de legib. C. cautum eſt principẽ in ſenatu orationem habere debere, vel per ſe, vel per alium, cóque pacto ſuadere quod velit, nec alias legẽ promulgare, quã ſi aſſenſionem ſuam ſenatus adhibuerit, ſicque ap. Tacit. lib. 3. Annal. cum

nentibus. Cæterum totã fere ſenatuſconſultorũ rationẽ expoſuerunt Budæus in l.vlt.de Senat.ff.Conan. lib.1. Cõment.cap.14. Manucius in libello antiq. Rom. de ſenatu: Hotomanus in libell. de ſenatu, & ſenatus inſign. Duo dumtaxat non videntur ſatis explicaſſe: Primum, quot adeſſe perſonas opporteret ad Senatuſconſultum faciendum: Secundum quid eſſet habere ius ſecundæ, tertiæ, quartæ, &
6 quintæ relationis. Annotarunt quidẽ ex Liuio lib.9.bell. Macedon. vbi de Bachanalibus mẽtio fit, ad ſacrum faciẽdum in ſenatu deſideratos non minus quàm centum. Ac rurſus ex Aſconio in Corneliana, tempore Ciceronis legem latam ne quis in ſenatu legibus ſolueretur, niſi ducenti affuiſſent: Dion lib.54. author eſt ſenatuſconſultum fieri non potuiſſe, niſi

vocatis 400. patribus è ſexcẽtis, & ita duabus totius ſenatus partibus, vt in l.3.ff. de decr. ab ord. fac. Nos iurare parati ſumus legitimum fuiſſe ſenatorum numerum, ſaltem poſterioribus temporibus, ſi quinquaginta in ſenatum veniſſent. Quod oſtendit Lamprid. in Alexand. vbi narrat, Alexandrum nullam vnquam conſtitutionem ſacraſſe ſine viginti iuriſperitis, & doctiſſimis, ac ſapientibus viris, iis denique diſertiſſimis non minus quã quinquaginta, vt non minus in conſilio eſſent ſententiæ quam ſenatuſconſultũ conficerent. Ac non ita locus ille debet exponi, vt præter 20. iuriſperitos quinquaginta alij viri diſertiſſimi deſiderarẽtur, hic numerus faceret ſeptuaginta: quinquaginta adhibebat Alexander in cõſilio computatis iuriſconſultis, ac quinquagin-

ta in ſenatuſconſulto faciendo ſufficiebant, & in l. 9. C. Theod. de prætorib. ea ſententia confirmatur appertius. Placet, inquit, imperat. ne minus quinquaginta clariſſimi veniãt in ſenatum, certum eſt enim hoc numero largè abundare ſubſtantiam virtu-
7 tis honorãdæ. Quantum pertinet ad ius ſecũdæ, tertiæ relationis. Eius frequens apud authores mentio: Iulius Capitolinus in Antonino Pio, Fauſtinam vxorem duxit, & ſuſcepta filia Tribunitia poteſtate donatus eſt, & proconſulari imperio, addito etiam iure quintæ relationis. Lamprid. in Alexand. Auguſtum nomen recepit, addito eo vt patris patriæ nomẽ proconſulare imperium tribunitiam poteſtatem, & ius quintæ relationis deferente Senatu acciperet. Vopiſcus in Probo. Decerno igitur Patres Con-

ſcrip. votis omnium concinnentibus nomen Cæſareum, nomẽ Auguſtum addo proconſulare imperium patris patriæ reuerẽtiam Pontificatum maximum ius tertiæ relationis, & tribunitiam poteſtatẽ. Plin. lib. 8. epiſt. 14. cũ ait, quæ referentibus poteſtas hinc exponi debet, videlicet quoſdam in ſenatu fuiſſe, qui ius tertiæ, quartæ & quintæ relationis haberẽt. Sciendum eſt autem non omnes relationem habuiſſe in ſenatu, quidam erãt ſenatores, qui pedarij dicebantur, & qui pedibus in aliorum ſentẽtiam irare poterant, capud ſine lingua, ex Gell. lib. 3. cap. 18. alij verò, vt qui variis muneribus in ciuitate functi erant, & poſtea à cẽſoribus in ſenatum allecti, ius habebant ſententiæ ſuffragio ſuo declarandæ, qui dicebantur relationẽ habere: ius verò ſecundæ relationis

erat, quoties vnius ſententia duabus aliorum ſententiis æquiualebat, tertiæ, quoties tribus, ac ſic deinceps: quod Alciat. & Zazius non intellexerunt.

SEd & quod principi placuit, legis habet vigorem. Cum lege Regia, quæ de eius imperio lata eſt, populus ei, & in eum omne imperium ſuum, & poteſtatem contulerit. Quodcumque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. Hæc ſunt quæ conſtitutiones appellantur. Planè ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur, quoniam non hoc princeps vult. Nam quòd ob meritum indulſit alicui, vel ſi cui pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non tranſgreditur. Aliæ autem cū generales ſint, omnes proculdubio tenēt.

1 Placita principum, & de verbo placere.

2 Cur conſtitutiones principũ placita vocentur.
3 Legis regiæ ſub Auguſto renouatæ noua expoſitio, ac præcipue verborum ei, & in eum.
4 Epiſtola principis ius conſtituebat, ac quomodo.
5 Item reſcriptum, annotatio, & ſubſcriptio.
6 Item decretum, & interloquutio.
7 Edictum lex præſtantiſſima.
8 Quid Orationes principum.
9 Conſtitutionum alias generales, alias perſonales, earúmque differentia expoſita.

Placita principũ conſtituunt quartam iuris ciuilis ſcripti ſpeciem, & ita vt verbũ placere rationis ſit, & cõſilij, l. Thais, §. ſorore, ff. de fidei. c. libert. quod & commune eſt principum, & prudentũ, l. 3. quib. mod. vſuſf. amitt. l. 2. ff. de vſuf. ear. rer. quæ. l. 4. ff. de act. & oblig. l. aſſumptio, §. vlt. ad Municip. quin, vt oſtendatur quod principi placuerit effrenatæ libidinis eſſe nõ debere, licet principi nequiora iubenti nõ parere, 9. & 10. diſtinct. hoc etiam moderatiores principes admo- 1

nuerunt. Nam Traianus apud Dionem cum Parazonio Tatianũ accingeret dixiſſe fertur, talem enſem accipe, quem pro me ſtrinxeris, ſi iuſtè imperauero, quod ſi perperam à me, quid fieri cognoueris, in meam per-
2 niciem vtaris velim: vocantur fortaſſis conſtitutiones principum placita, quod illi ſuarum conſtitutionum rationem cuiquam reddere nõ coguntur, atque, vt eſt apud Tacitum lib. 1. Annal. ea eſt conditio imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur, facit, l. ſacrilegij: de crim. ſacrileg. C. quomodo ſupremorũ Galliæ Tribunalium arreſta rectè placita dicuntur, vt in l. 1. ff. ad Treb. quibus perſcribenda nunquam cauſa eſt cur ita iudicetur, vt Aufrerius poſuit in
3 libello de forma Areſtorum. At exponit hic Iuſtin. lege regia factum,

vt placita principũ vim legũ haberẽt, quod non eſt intelligendum de prima lege regia, qua cum populus Romulum regem declaraſſet, ei regnum confirmauit, quam Liuius lib.4. Decad. 4. cum ipſa prope vrbe natam agnoſcit. Notiſſimum eſt ſub regibus populum ius creandorum magiſtratuum, ferendarum legum, belli indicendi, paciſque ſtatuendę habuiſſe, ad quẽ quoque prouocatio erat, vt in cauſa Horatij factũ eſt, atque hoc adhuc legibus Valeriis conſtitutum. Etiam ſequuti Romulum reges populi ſuffragiis creati ſunt: & Papirius Curſor dictator prouocationi ad popul. ceſſit, ſempérque magiſtratibus populus ſuperior fuerat. Verum exactis regibus cum popularium & optimatium dominationem diutius reſpub. ferre nõ poſſet, eum rurſus in

In vnius imperium conſenſum eſt, & Auguſtus imperator declaratus lex regia renouata fuit, quam alij conuenientiori nomine Legem imperij dixerũt, l.3. de teſta. C. ſed multo copioſior prima. Nam per iſtam legem regiam à populo qui tum ſuperiorem non agnoſcebat facit L. legatus, ff. de offic. pręſ. regimenta rei pub. ad imperatores perpetuo trãſlata, l.1. de offic. præf. præt. ff. & ita imperatores perpetuo Auguſti dicti: creatio magiſtratuum cœpit ad principem pertinere, l.1. ff. ad l. Iul. de ambit. l. quidam, ff. de re iudic. l.2. ff. de alb. ſcribend. apud Plin. lib. 4. epiſt. 8. & lib. 10. ſæp. Denique factum, vt ſolius principis eſſet legem condere erepta populo omni poteſtate, l. fin. de legib. C. l.1. ff. de conſtit. & hoc, §. vbi per hæc verba, *Ei, & in eum* omne imperium &

poteſtatem cōceſſit, ſignificatur, populum Auguſto ita omne imperium conceſſiſſe, vt ſibi nil reſeruaret: & in eum, id eſt, vt penes eum ſemper, & perpetuò remaneret imperium illud; ſic vt euaneſceret ius creandorum regum quo diutius populus ſub regibus vſus fuerat. Duarenus aliter exponit cap.19. lib.2. Anniuerſ. diſput. videlicet conceſſam ei principi in eum populum poteſtatem omnem & imperium, quod ſequitur quodammodo Theophil. cæterum prior illa mea interpretatio ſi quid video magis hiſtoriæ cōuenit, quæ etiam ea planior eſt, quam ab homine ingenioſo audiui aliquando, & qui inculcabat conceſſam principi omnem poteſtatem, & in eum, ſcilicet quā aduerſus ſe ipſum poſſet exercere, probarē, niſi perſuaſum eſſet, quātum ſibi vulgo blan-

diantur principes, qui ſi ita cum illis factum fuiſſet non adeo in ea lege ſibi placuiſſent, vt eandem totidem verbis paſſi eſſent tranſcribi duobus locis, hoc §. & in l. 1. de conſt. princ. ff.
4 Rectè verò legi aſcribitur hic quod imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decernit, vel edicto pręcipit. Nō omnis vox principis pro lege habēda eſt arg. l. ex ſtipul. de ſēt. & interl. C. apud Suet. lib. 1. cap. 77. ſicuti voluntas militis teſtamētum eſt quoties ſeria, l. eius, §. fin. l. diuus, ff. de teſt. milit. Ac exponit Theoph. per epiſtolam ius cōſtitutum antiquitus quoties referebāt ad principem præſides prouinciarum de quibus rebus dubitabāt, vt cum Plinius proconſul in Bythinia cōſulebat Traianum vbi quid grauioris & difficilioris emergebat, tum ipſius Traiani epiſtolæ, quæ extant plurimæ apud eumdem

Plinium lib. 10. leges erant, ſic cum Symmachus præfect⁹ vrbi ſub Theodoſ. & Valent. imperatorib. eos conſulebat de iure controuerſo, epiſtolæ ipſorum principum, quibus quid ſtatuendum eſſet præſcribebatur, ius faciebant, quarum plurimę reperientur in C. Theodoſ. & eo ſpectat, l. Diuus, ff. de reſt. in integ. l. 3. ff. de teſtib. l. Diuus. ff. de milit. teſt. cum ſimilib. Atque hoc non ſolùm per epiſtolam, ſed per reſcriptum quoque fiebat, l. ſed addes, §. cum quidam exceptor, ff. loc. l. reſcriptum, ff. de diſt. pign. l. Diui fratres, ff. de iur. patron. cuius latior eſt quam epiſtolæ ſignificatio, quia etiam per reſcriptum intelligatur annotatio & ſubſcriptio quæ, fiebat per principē ad libellū ſibi oblatum, l. 1. C. de pręcib. imper. offer. moris enim erat quamquam pręſentem

libello adire principem, vt eſt apud Tacitum, & Sueton. lib. 11. cap. 81. &
6 lib. 2. cap. 53. Multò celebrius erat ius illud quod princeps cognoſcẽdo decernebat. Nam etiã principes in cauſis ſingulorum iudicabant, ita tamen vt nõ niſi inſignes cauſæ, & ad exemplum pertinentes coram imperatoribus agerentur, vt docet Plin. epiſt. 31. lib. 6. l. in offerendis, C. de appellat. atque tum illa decreta legem faciebãt, cùm, vt ait Leo nouell. 92. animus erat principi qua de re iudicabatur ea porrigere ad omnes, l. 3. C. de legib. extant exempla cognitionis principũ, in l. proxime, ff. dę iis quæ in teſt. delent. & in l. nam & hoc Titus, ff. de
7 hęredib. inſtit. cum ſimilib. Denique quod per edictum cõſtituebat princeps, lex erat, & quidem illa omnium præſtantiſſima, cùm non ad certam aliquam

aliquam cōtrouerſiam edicta ponantur, atque ideo gratioſa dici non poſſint, ſed generaliter de re aliqua, l. teſtium facilitatem, C. de teſtib. l. hac edictali, C. de inceſt. nupt. Erant fere 8
eiuſmodi principum orationes, quas ad ſenatum mittebant, cuius generis multæ referuntur paſſim, vt in l. 1. C. Theod. de cret. & bon. poſſ. & in C. Iuſtin. ſæpe, & in l. cum hic ſtatus, ff. de donat. int. vir. & vxo. l. diuus, ff. de ſer. fugit. in l. cum hi de tranſ. l. penul. ff. ad Tertull. vel quæ ad prouinciales, nunquam ad populum edicta inferebantur, ac in l. humanum de legib. C. cautum eſt principē in ſenatu orationem habere debere, vel per ſe, vel per alium, eóque pacto ſuadere quod velit, nec alias legē promulgare, quā ſi aſſenſionem ſuam ſenatus adhibuerit, ſicque ap. Tacit. lib. 3. Annal. cum

coercendus eſſet luxus, orationem ad ſenatum cōpoſuit Tyberius, vt quod fieri placeret confirmarent patres. Quin Vopiſcus in Probo refert nullam legem principis valuiſſe ſine ſenatuſcōſulto: quod etiā conſtat l 1.ff. in quib. cauſ. pign. vel hipp. iuncta l. ſi vētri, §.1.de priuileg.cred. ponit Iuſtinus in apologia 2. Sed hoc obſeruari ſtatim deſiit Cæſaribus poteſtatem omnimodam ſibi vindicātibus.

9 Planè Iuſtin. principum conſtitutiones partitur in generales, & perſonales: Generales ſunt quæ propoſito programmatę publico in celeberrimis locis in foro, vel eccleſia promulgantur, vel recitantur Can. in iſtis, *4.* diſtinct. eas nemini licet ignorare, l. conſtitutiones, C.de iur. & fact. ign. nouell.Iuſt.*66*.atq; omnes tenēt, l. leges, vt generales, C.de leg.l.3.§.Diuus,

ff.de ſep.viol.l.vlt. ff.de accuſat. Aliæ verò conſtitutiones perſonales vocantur, quæ perſonam non tranſgrediuntur. Sunt autē in primis eiuſmodi prȩuilegia, quæ ſi perſonæ dentur, non cōpetunt hȩredibus: atque cum dicitur beneficia principum pleniſſimè interpretanda, l. vlt. ff. de conſt. princ. id ſignificabit ea accuratiori examine indigere, non vt vulgus credidit latius exponenda, vt in cap. cum dilecti, de donat. ext. cū alioqui conſtet quæ à iure cōmuni recedunt, vt priuilegia omnia ſtrictam interpretationem accipere: dumtaxat illa priuilegia tranſeunt ad hæredem, quȩ non ratione ſolius perſonæ, ſed cauſȩ, vt propter damnum acceptū conceduntur, l. priuilegia, ff. de reg. iur. l. non ſolum, de in integ. reſt. l. hæredes ad Velleian. C. aut quoties toti generi

conceduntur, l. prima, ff. de iur. omnium, aut vbi princeps hoc nominatim expreſſit. l. 4. ff eod. Deinde cõſtitutiones perſonales appellãtur, ſi quã pœnã princeps irrogauit fortè durioorem, quod vtique fieri oportet, quoties exẽplo opus eſt, l aut facta, §. fin. ff. de pœn. ac tum animaduerſio ſeuerior, quam indixit princeps non eſt ad conſequentias protrahenda. Denique ſi cui princeps ſine exemplo ſubuenit hoc perſonam non egredietur, puta quando princeps alicui gratiam criminis facit ob eximium artificiũ, l. ad beſtias, ff. de pœn. nam qualecumque crimẽ donari meritis, donari virtuti poteſt ap. Quint. decl. 310. facit. l. poſtliminij, §. fi. ff. de capt.

PRætorum quoque edicta non modicam obtinẽt iuris authoritatem. Hoc etiam

ius honorarium ſolemus appellare: quòd qui honores gerunt, id eſt magiſtratus, authoritatem huic iuri dederunt. Proponebant & ædiles curules edictum de quibuſdam cauſis: quod edictum iuris honorarij portio eſt.

1 Quando primum Prætores creati.
2 Quot Prætores fuerint, ac explicati Velleij Taciti, & Pomponij loci.
3 Prætorum poteſtas.
4 Edictum perpetuum.
5 Quid ſit edicta Prætorum non modicam obtinere authoritatem.
6 Declaratus difficilis, parag. pactus ne peteret legis, ſi vnus, ff. de pact.
7 Edicta Ædilium, & quando Aediles creati.
8 Quæ fuerit eorum cognitio, & de curationibus viarum locus Theoph. explicatus.

Quintam iuris ciuilis ſcripti ſpeciem conſtituunt edicta magiſtra- 1
tuum, ac de pretorũ edictis primum: illi cum conſules bellis finitimis auocarentur, vt eſſent qui in ciuitate ius redderent, creati ſunt, alij à cõſulibus

ann. vrb. 389. Liu. initio lib. 7. vrbanus primum, mox alter peregrinus dictus, qui inter ciues, & peregrinos ius diceret, ac demum plerique alij qui domitis prouinciis in prouincias ius dicturi mittebantur ex Feneſtell. cap. 19. de magiſt. Rom. & ap. Pōpon. in l. 2. §. eúmque conſules, ff. de orig.
2 iur. vbi Auguſtus vſque ad ſexdecim prætorum numerum conſtituiſſe dicitur: ſed Tacit. lib. 1. Annal. numerum 12. Prætorum ab Auguſto pręfinitum eſſe. Denique Velleius lib. 2. octo prętoribus ab Auguſto allectos duos, & ſic decem prętores tantum facit: Dubium cui potius credas: magis tamen ſcire potuit Velleius, qui ſub Auguſto vixit, & qui rem non auditam, ſed viſam atteſtatur; ac Tacitus cum Velleio cōnſentiet hoc modo facillime, octo prętoribus ad-

iecit duos Auguſtus, quibus ſi alios duos addideris vrbanum, & peregrinum efficiētur illi 12. à Tacito commemorati, numerus ab Auguſto traditus, ita vt Velleius expreſſerit ſolos prætores quæſtionibus publicis præpoſitos, quos etiam Tullius ſolos ponit in orat. pro Milon. vbi gloriatur ſeptem prætores de ſuo reditu, vt lex ferretur conſenſiſſe: atque in orat. in Piſonem ait; omnes præter vnũ eam legem promulgaſſe; at Pomponius videri debet commemoraſſe prætores ſub Auguſto creatos, quos tamen ſequentia tempora non retinuerunt illi autem non ſolum habebant iuriſdictionē, & exequutionem iuris ciuilis, vt Marc. Tull. lib. 3. de legib. quodammodo innuit, verum etiam per edictum poterant ſupplere & emendare ius ciuile. l. ius autem ciuile, §. fin. 3

ff.de iuſt.& iur.§.1. de bon.poſſeſ.inf. quam poteſtatem cuilibet magiſtratui cõpetere Ariſt.lib. Eth.5.cap.7. & in Politicis ſcribit, vt poſſit æquitate ſuadẽte ll.tẽperare:Solebant quoque prætores,tã Romæ, quã in prouinciis edicta ponere, & illa in albo aliquo populo exhibere,vt ſcirent omnes de quibus ius dicturi erant, l. ſi quis id quod,ff.de iuriſd. om.iudic. Et apud Tull.lib.6.epiſt. ad Attic.epiſt.1. Verum cum annuum eſſet prætorũ imperium, eorum edicta anno non erãt diuturniora,§.1. de perp. & temp.act. inf.quouſque Luc. Sylla legẽ tulit, vt prætores ex edictis perpetuis ius dicerent, vt Aſcon. Pędianus prodidit, ac tãdem Saluius Iulianus Mediolanenſis I. C. omnia fere quotquot fuerant prætorum edicta variè diſſipata
4 in vnum collegit,ex quibus edictum

perpetuum cõpoſuit, l. penult. C. de 4
condict. indeb. cui hoc authoritatis
Adrianus imperat. impertierat, vt illud
edictum perpetuum eſſet, l. 2. §.
ſed quia diuinæ res, de vet. iur. enucl.
C. cuius ſæpe mentio fit, vt in l. 2. de
ſtat. hom. ff. in l edita de edend. C. l.
vnic. quand. non pet. par. cũ ſimilib.
Quod autem Iuſt. ait prætorum edi- 5
cta non modicam obtinere authoritatem,
hoc vim, ac poteſtatem iuris
prætorij eleuat: Ac breuiter plebiſcit.
ſenatuſcõſultũ, Principũ Placita ſunt
legi ſimilia, edicta prætorũ nõ ſunt le
gi ſimilia, §. alioqui de excep. infra.
Lex tutorẽ facit, prętor tutorem non
facit: edictũ prætoris eſt pars iuris nõ
legis, ac à iure quidẽ ciuili ius prætorium
diſtinguitur in l. 1. ff. quemad. vſ.
vel vſusf. amit. l. qui vſumf. ff. vſusf.
quemad. petat. & in l. quærebatur, de

milit.teſt.ff.eſtque ius ciuile iure prætorio potentius: Nam ius prætorium non hunc habet effectum, vt aliquid faciat ipſo iure, id eſt, vt ſui ipſius authoritate ius inducat, vel vt ipſo iure actum pręcedẽtem tollat: ſed ſi quid præſtet prætor per exercitium iuriſdictionis ſuę, id eſt, miniſterio ſuo, & facto partis id præſtat, §. quos autem de bon.poſſeſs. inf. §.præterea de except. §.1. de replicat. At verò quoties lex, aut quod legi ſimile tollit, aut inducit aliquid, vi ſua id facit ita, vt non ſit opus alio facto: quare ipſo iure fieri dicitur quod per illud ius ciuile fit, quatenus à prætorio differt, l. ſeruitutes ipſo iure, ff. de ſeruit. §. item per acceptill. quib. mod. toll. oblig. inf. vbi acceptillatio iuriſg. ſed cui ius ciuile vires addidit, vt de cæteris cõuentionibus dicitur in l. iuriſg. ff. de pact. di-

citur tollere obligationem ipſo iure & actionem. Hinc oportet interpretari l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. In illo §. primum pactum ne peteretur, & ſecundum vt peteretur erāt de iure prætorio: nam primū factum fuerat ad actionem, quam non elidebat ipſo iure, ſed per exceptionem quod iuris prætorij proprium eſt: ſecundum quoque pactum erat eius modi, vt ius exceptionis, & ſi prætorię, non tolleret ipſo iure, ſed per replicationem dumtaxat. At iuriſconſultus ait in pactis factum verſari, id eſt, in illis pactis, quę ſunt iuris prętorij, opus eſſe miniſterio, & facto partis, & iudicis, at in ſtipulationibus in quibus ius verſatur, prima per poſteriorem ipſo iure tollitur: hæc eſt iuris ciuilis authoritas longe inſignior ea quam ius prætorium ſibi vendicat.

7 Etiam ex edictis Ædiliũ ius reddebatur, illa prętoriis cõtineri poterant, vt in l. ſtipulationum alię, ff. de verb. oblig. ac maxime quod edictũ Ædilium iuris honorarij portio ſit. Deinde quia prętoris appellatio generalis fuerit, nam etiam conſules prætoris nomine olim ſignificati ſunt ap. Varronem lib 4. de ling. lat. Nonium & Aſcon. in 3. Verrin. Locus autem hic non de Ædilibus plebis intelligi debet, qui nullius aut ſaltem perexiguę poteſtatis erãt, atque vicarij tribunorum verius quam magiſtratus, ex Halicarnaſs. lib. 6. & Zonara lib. 2. Ædiles Curules hic nominantur qui creati ſunt primum ex patribus anno vrb. conditæ 387. Curules dicti, quia ſella curuli tanquam patres vterentur ex Feneſtell. cap. 13. & Eburneo curru in curiam itarent apud Ouid. 1. Faſt.

& lib. 4. de pōt. ad Græcinū Tibullū in
panegir. ad Meſſalā. Eorū iuriſdictio- 8
nē fere totā expreſſit Tulliꝰ Verrina 7.
& Plutar. in Mario: ad eos procuratio
fore totius vrbis ſpectabat, & ſtatus
totius politiæ, vt vulgò loquuntur.
Quamobrē vias curabāt tot. tit. ff. de
via publ. & ſi quid in ea. fa. eſſe dic. l.
lectos, ff. de peri & comm. rei vend.
Scio quidem fuiſſe alium magiſtra-
tum, cui id oneris plerūque incumbe-
bat, & patres ciuitatū id feciſſe, quo-
rum plurima mentio in nouellis, qui
& curatores reip. dicuntur, l. ad cura-
torem, ff. de damn. infect. l. 5. de offic.
aſſeſſ. & à Varrone in libris de lingua
latina Viocuri à Græcis ἀστυνόμοι, à The-
banis vſurpati, ex Plutarch. in precept.
reip. gerend. ſed vulgo Ædili ea cura
addebatur, vt legitur ap. Dionem,
lib. 58. Veſpaſianum ædilem & cura-

torem viarum, ita Suet. lib.10. cap. 5. Veſpaſianũ ædilẽ & curatorẽ viarum propter curam verrendis viis non adhibitã iuſſit luto oppleri: Vetito aleæ luſu ludentes explorabant & coercebant ap.Martial.epigr.vlt.lib.5.in petulantius loquentes animaduertebãt ex Gell.lib.10.cap.6. & apud eundem Martialem epigramm.103.lib.11. Popinis prȩerant & proſtibulis, ex Seneca. Quo habitu vti oporteret, cognoſcebãt ap.Suet.lib.2.cap.40.Denique D.Hieron.in epiſt.ad Ruſtic.monac. de viui.form. àGræcis vſurpatos memorat, & ἀγορανόμους dictos quaſi leges & regulas fori.ita etiam Theoph.hic. Et ab illis etiam Romæ vendentium rabies coercebatur venalibus enim prætia præſtituebant ex Liuio lib.10. Apuleio lib.1. Metamorph. iniqua pondera corrigebant, & menſuras

frangebant ap.Perſ.Satyr.1. & Iuuen. Satyr. 10. & in l. item quæritur, §. ſi quis menſuras,ff.locat.item curabant ne quis ante 40. annum ad ſacerdotium admitteretur, poſuit Theoph. hic quem magis eſt prophanum ſaſerdotiũ intellexiſſe. nam chriſtiani 38.anno ſacerdotes eſſe poterant, nouell.Iuſt.123.vel ex can. præſbiter,78. diſt.ann.30. hodie anno 25.Clem.vlt. de ært. & qualit. Poſtremo particulã iuris Honorarij tractabant prodito eodem modo edicto, quo prætores ex quo tum emptorum, tum venditorum fraudes vindicabantur ex Theophraſto apud Suidam tot.tit.de Ædil. edict. Cæterum acciſa eſt primum poteſtas Ædilium ſub Claudio ap.Suet.lib.5.cap.38. Ac poſtea Nero cauit. Quantum ipſi pignoris caperent, & pœnæ irrogarent ex Tacit.

lib.13.Annal. tandem illorũ officium omnino ad Decuriones tranſiit.

REſponſa prudentum ſunt ſententiæ & opiniones eorũ quibus permiſſum erat iura condere. Nam antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura publicè interpretarentur: quibus à Cæſare ius reſpondendi datum eſt: qui iuriſconſulti appellabantur. quorum omnium ſententiæ & opiniones eam authoritatem habebant, vt iudici recedere à reſponſis eorum non liceret: vt eſt conſtitutum.

1 Reſponſa prudentum quando primum cœperint.
2 A quo tempore iuris ciuilis ſcripti ſpeciem faciant.
3 Cur & quomodo eorum authoritas neglecta.
4 Verus huius parag. ſenſus de iuriſcõſultorum ſententiis & opinionibus pro iure habendis.

1 Reſponſa prudentum ſextam iuris ciuilis ſcripti ſpeciem faciunt, atque eo propriè pertinet, l.2.ff. de origin. iur.

iur. vbi ſucceſſionem prudentum ab vrbe cõdita ad Adrianum vſque ponit Pompon. à quib⁹ iura pop. Rom. orta, cõdita, aucta, tradita, & illuſtrata fuere: vtque tota huius §. hiſtoria intelligatur, ſciendum eſt, poſt leges 12. tabul. ſtatim deſideratam interpretationem prudentum, cum peruerſa ſubtilitate nulla lex non eluderetur. Quamobrem ius compoſitum fuit ſine ſcripto tamen, ex ipſorum prudentum opinione & ſententia petendum, quod appellatur ius commentitium in l. ſi pœna, ff. de pœn. Ac ex Tull. lib. 1. de Orat. & lib. 2. de Legib. hæc interpretandi ſcientia penes collegium pontificum fuit, quouſque Gn. Flauius actiones euulgauit, ac poſtmodum Ælius Sextus alium librum ad actiones pertinẽtem edidit: ab eo tempore ius quod ex interpre-

vt probabile ſit tum perexiguã fuiſſe iuriſconſultorum authoritatem, propter non maiorẽ inter eos, quàm inter horologia conſentionem: Quin Auguſtus, vt licentiam eorum compeſceret, qui ſe iuris reſpõſores faciebãt, & qui præcipiti feſtinatione huic ſe parti fori adiungebant, cui non niſi poſt multos tranſactos in forẽſi puluere annos ſatisfieri poteſt, conceſſionẽ reſpondẽdi de iure beneficij ſui fecit. Quod non multo poſt Adrianus imperator ſuſtulit, qui ius reſpõdendi non peti, ſed præſtari ſolere dixit, atque eos qui fiduciam ſuorum ſtudiorum haberẽt, poſſe ſe præparare ad reſpondendũ populo. Vtcũque ſit, ſub Cęſarib. iuriſconſultorum authoritas tanta non fuit, vt reſponſa eorum iuris ciuilis ſcripti partẽ facerent, nec enumerãtur inter ſpecies iu-

ris in l.iuriſg. §. prætor ait, ff.de pact. aduerſus quæ iudicabatur, vt in l. Æmilius,ff.de minorib.l.Claudius,ff.de acq. hæred. quod factum non fuiſſet, ſi vim iuris habuiſſent, §.1. de public. iudic. inſ.. Ac memoratur Caligula de iuriſconſultis iactaſſe , quaſi omnem eorum ſcientiam aboliturus effecturum,ne quid præter ſe reſponderent, id eſt, præter id quod principes conſtituiſſent , apud Suet. lib. 4. cap.34.

4 Plane tandem conſtitutione Theodoſij,quæ eſt vnica ſub tit.de reſponſ. prud.in C.Theodoſ.reſponſa eorum prudentum,qui ibi nominantur vim iuris habuerunt, & cum poſtmodum Iuſtinian. per Tribonianũ, fff.libros compoſuiſſet,ex omnibus fere veterum iuriſconſultorum reſponſis,rurſus ab ipſo Iuſtiniano authoritatem

acceperunt tot.tit.de vet.iur.enucl.C. ita vt hic.§ intelligi poſſit de omnibus prudentum reſponſis, qui in ff. referuntur, à quibus noluit Iuſtin. licere iudicibus recedere, quorum omnium ſententiæ & opiniones ius faciunt, opiniones quidem quando ex illis, ius certum poſtea factum eſt, vt in l.vlt. C. de inſt. & ſubſt. nam alioqui opinari eſt dubitare, l.1.§.penult. ff.de cont.tut.iudic. nec eſt exponendum cum Mario Salomonio in hoc §. vt non ſingulorum iuriſconſultorum ſententiæ, ſed dumtaxat omnia iuriſconſultorum omnium decreta, quæ Græci vocant χύριας δόξας ius faciunt, verius eſt poſt conſtitutionem Theodoſ. ac poſt Iuſtinianum, vnius cuiuſque iuriſconſulti reſponſum ius feciſſe, ita tamen, vt ſi quando diſſentirent inter ſe, tunc conſulendus

eſſet princeps, l. vlt. de legib. C. cap. ſuper literis de reſcript. ext. Equidem non reſpondendi tantum ius habebãt iuriſconſulti, ſed & ſcribendi, & in omnibus fere obligationibus vinciendis adhibebantur. qui eo nomine Nodoſi ab Horatio dicũtur Satyr. 3. lib. 2. Vtinam à tã ſpecioſo nomine, qui illud tam impotẽter ambiũt abſtinerent, vulgo nullius literaturę homines, ac foreſia pecora, quique cum prętermeritum magiſterium acceperint inaniter, quod non ſunt dici concupiſcunt, vt Maximus in homil. dicebat.

EX non ſcripto ius venit quod vſus approbauit. Nam diuturni mores conſenſu vtentium comprobati, legem imitantur. Et non ineleganter in duas ſpecies ius ciuile diſtributum eſſe videtur. Nam origo

eius, ab inſtitutis duarum ciuitatum, Athenarum ſcilicet, & Lacedæmoniorum fluxiſſe videtur. In his enim ciuitatibus ita agi ſolitum erat, vt Lacedæmonij quidem magis ea quæ pro legibus obſeruar〈e〉n〈t〉, memoriæ mandarent: Athenienſes vero ea quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.

1 Conſuetudinem iure ſcripto poſteriorem.
2 Conſuetudinem ſcribi potuiſſe.
3 Authoritas conſuetudinis.
4 Explicata, l. 2. Quæ ſit long. conſuet.
5 Quæ conſuetudinem inducant.
6 Vnde iuris Rom. diuiſio in ſcriptum, & non ſcriptum.

Iure ciuili bifariam diſtributo, videlicet in ſcriptum, & non ſcriptum, 1
poſt iuris ſcripti ſpecies expoſitas ad ius non ſcriptum, id eſt, ad conſuetudinem itur: ordine, vt dictum eſt ſupra, ſatis appoſito. Nam quamuis ius non ſcriptum iure ſcripto antiquius

videri poſſit ex Quintil. decl. 264. quod adhuc ex ſcripturæ & literarum primum repertarũ ratione colligitur, tamen certiſſimum eſt ſemper conſuetudinem legibus fuiſſe poſteriorem. Nam etiam cum nullum ius ſcriptum haberetur, quædam pro legibus erant, ſine quibus numeroſa hominum multitudo cõuenire non potuiſſet, ac poſtmodũ diuturni hominum inter ſe vetuſtiori quodam iure ſociatorum mores, conſuetudinem induxerunt, ita Varro morem communem cõſenſum omnium habitantium inueteratum, conſuetudinem facere pronuntiauit. Quin notandum eſt Iuſt. hic tractare iura pop. Rom. §. his igitur, de iuſt. &iur. ſupra, apud quos leges, quæ in ſcriptis redigebantur, priores fuere: Nam legibus Romana ciuitas fundata dicitur, l. 2.

§.exactis, ff. de orig.iur. atque poſtea inualuit conſuetudo, quæ iuris non ſcripti appellatione comprehẽditur. Nemo autem exiſtimet neceſſe fuiſ- 2
ſe leges ſcribi conſuetudinem non ſcribi: Scriptura legem aut conſuetudinem non facit, atque ea ſola ratione conſuetudo ius non ſcriptum dicitur, quod communis alicuius populi vſus, ac plurimorum annorum obſeruatio per ſe ſine ſcripto pro conſuetudine ſit, l. nam ad ea cum l. ſeq. ff. de legib. ac in can. cõſuetudo prima diſtinctio. Gratianus ait nil differre vtrũ ſcriptura, vel ratione cõſuetudo conſtet: vbi eleganter notatur etiam conſuetudinem eſſe, ſi diuturni mores in ſcriptis redigantur, ac authorentur: videlicet quoties eo conſilio deſcribitur conſuetudo, ne poſtea reuocetur in dubium, vtque ab eius proba-

tione releuentur, qui eam allegauerint. Quod ſi ita redigeretur in ſcriptis, vt quaſi eo ipſo quod ſcribitur, protinus ac ſtatim ius nouum conſtitueret, eo caſu proculdubio ſcriptura conſuetudinem tegeret, Facit, l. de quibus, ff. de legib. qua ratione cōtendi poteſt, quas vulgo dicimus cōſuetudines, etiamſi ſcriptæ ſint, rectè conſuetudines appellari, contra Conanum, quem miror, quod ad tam manifeſtum argumẽtum oculos non habuerit, atque ea quoque quæ ad feuda pertinent cōſuetudinaria quoque perpetuo iudicāda erunt, etiamſi
3 ſcriptis redactā. Planè ius conſuetudinarium præſtantiſſimū eſt, ac multo magis in rebus ad politicam, & ciuilem adminiſtrationem pertinentibus admittendum, quod in rebus religionis etiam cōſuetudo plurimum

momenti habeat, D. Baſil. in lib. de Spirit. ſanct. ſi conemur, inquit, non ſcriptas cōſuetudines quaſi non magnam vim habentes ab Eccleſia reiicere, eo deueniemus, vt præcipuas euāgelij partes labefactemus, imo ad nudum nomen prædicationem redigamus. Vincentius Lyrinenſis in libell. aduerſus Propha. heres. nouit. fidem duobus muniendam eſſe admonet, diuinæ legis authoritate, tum deinde Eccleſiæ catholicæ traditione. D. Paul. 2. ad Theſſalon. 2. cap. Tenete traditiones quas accepiſtis, ſiue per ſermonē, ſiue per epiſtolam, &c. Ex quibus colligitur cōſuetudinis in rebus ſacris non vilem fuiſſe authoritatem, facit can. Eccleſiaſticarum 11. diſt. can. ita aut. 13. diſt. At vero iure ciuili conſtitutum, vt diuturni mores tacito conſenſu vtentium approbati,

legem imitentur:l.diutina,ff.de legib. l.obſeruare, §. ingreſſurum, ff.de offic.proconſ. ap. Valerium lib.2.cap.1.
4 Nec tamē illis aſſentior, qui indiſtinctè legem conſuetudine potiorem affirmant, ex l.2. C.quæ ſit long.conſuet. conſuetudo lege poſterior, & quæ contradicto iudicio confirmata eſt legem vincit, eique tantiſper indulget lex & ratio, & ita Theoph. in tit.de acquiſ. perarrogat mores à iuriſconſultis aprobari debere poſuit, vel conſuetudo pro lege ſuſcipitur cum deficit lex. can. conſuetudo, 1.diſt.qui deſumptus eſt à Tertull.ex lib. de cor.mil. qui ille ipſe eſt cuius tot ſunt in Pandectis reſponſa, & qui ab Euſeb. memoratur lib.2. hiſt. Eccleſ. cap.2. facit l.non poſſunt, ff. de legib.quin conſuetudo legem interpretatur,l.1. §.ſed & ſi, C. de vet. iur.

enuc. At ad conſuetudinem quidem 5
frequētia actuum deſideratur. Deinde, quamuis contendant interpretes ſpatium decem annorum eſſe idoneum ad inducendā conſuetudinem, magis eſt diuturnum tempus interpretari de vetuſtiori tempore, ac maxime, quod in l. de quibus, ff. de legib. inueterata cōſuetudo dicatur, ac rurſus conſuetudo dicitur longeuus vſus in d. l. 2. ita vt concluſum ſit in grauioribus quæſtionibus non minus quàm centum annorum tempus deſiderari ad inducendam conſuetudinem, argumento, l. ſi vſusf. ff. de vſusf. leg. cap. ſuper quibuſdam de verbor. ſig. ext. Et ego tantum quidem tēpus velim, vt exemplum à pleriſque omnibus imitatione comprobatum ſit, cuius nec extet memoria, l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aq. quotid. & æſt.

Porro, cum additur, diuiſionem iu-[3] ris in ſcriptum & non ſcriptum ex inſtitutis duarum ciuitatum Athenienſium, & Laced æmoniorum manaſſe ita Pōpo. in l.2.ff.de orig.iur. & Plin. epiſt. vlt.lib.8. ac lex illa non ſcripta Lacedæmoniorum fuit, ne dos vlli nubenti diceretur vt mulieres maritis obſequentiores redderētur, quod Iuſtinus prodidit.

SEd naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræque obſeruantur, diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma, atque immutabilia permanent. Ea vero quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata.

1 Allucinatos interpretes omnes in hoc paragr.
2 Verus illius ſenſus, ac demonſtratum, quæ naturalia iura, & cur immutabilia ſint, ius vero ciuile cur mutabile.

Ponitur in hoc §. differentia, qua 1
iura naturalia à iure ciuili diſtinguntur, vbi naturalia iura diuina prouidentia cōſtituta immutabilia, ius vero ciuile mutari, vel tacito conſenſu pop. id eſt non vtendo, deſuetudine, vel alia poſtea lege lata docetur: vix aſſequuti ſunt interpretes illius loci ſententiam. Nam prodiderunt nonnulli ius quidem naturale per aliud ius, quod item naturale ſit tolli non poſſe: ſemper, & vbique idem eſt ex Ariſt. lib. Ethic. 5. cap. 7. at vero ius ciuile per ius ſibi ſimile mutari, l. non eſt nouum, ff. de legib. quod quibuſdam abſurdum viſum eſt, præter regulam l. nil tam naturale, ff. de reg. iur. Secundo commenti ſunt interpretes duplex ius naturale, primęuum, & ſecundarium: primęuum,

quod eſt cõmune homini cum brutis tolli non poſſe: ius ciuile poſſe: At ſupra oſtenſum eſt nullum eſſe ius commune cum brutis, quin aduerſus libertatem, quæ ab illis iuri naturali primæuo tribuitur, ſeruitus introducta eſt, l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. Tertio cõmunis hæc fuit doctorum omnium opinio, vt ius naturale in genere mutari non poſſet, poſſent vero quædam iuris naturalis concluſiones mutari, quod adhuc non placet. Nam argumentum de toto ad partem valet, l. quæ de tota, ff. de rei vindic. Ergo ſi pro parte tollatur ius naturale, pedetentim atque progreſſu à ſingulis partibus ad totum facto tolleretur totum ius, quod eſt contra huius text. hippotheſim. Deinde non poteſt admitti illa expoſitio, quia ita euaneſcat differentia, quam aſſignare

voluit Iuſtin. hic, Nam perinde certũ erit in vniuerſum ius ciuile tolli vix poſſe, ſed iuris ciuilis concluſiones tantũ. Quocirca, vt huic §. genuinus, ſenſus reddatur, notandum iura naturalia non tantũ intelligi de illo iure, quod hominis ſolius & ſolitarij eſt cum vxore & liberis degentis, quod propriè dicitur ius naturale humanũ: ſed etiam de illo, quod commune eſt homini cũ homine, & quod iuſg. vocatur. Ideo Iuſt. dixit naturalia iura, in plurali numero: At iſta iura, quia naturali ratione conſtituta, ac rei naturam pro fundamẽto recipiunt, quæ ſemper, & vbique eadẽ eſt, immutabilia permanẽt, per ſe videlicet. Quod pluribus & elegantibus Lactantius lib. 6. cap. 8. ex M. Tull. in lib. de Repub. huic legi inquit, nec abrogari

fas eſt, nec derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt, nec verò aut per ſenatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus: & poſtea : neque erit alia Romæ, alia Athenis, alia nũc, alia poſthac, ſed & omni genti & omni tempore vna lex ſempiterna & immutabilis. At verò quia ius ciuile expediẽtiam publicam & maximè quod in quaque ciuitate vtile eſt, ſpectat, l. penult. ff. de iuſt. & iur. pro diuerſitate locorum & temporis mutatur. Sane dici non poteſt quam improbe ſub authoritate illius expedientiæ publicæ populis imponatur dum principes leges figunt & refigunt, ponunt ac denuo iubẽt, hoc conqueritur Tertull. in Apolog. cap. 4. atque ita Claud. priſcámque reſumunt canitiem leges emendantúr-

que vetuſtæ, accedũtque nouæ, facit l.nõ eſt nouum,ff. de legib. & l. vnica, verſic. & quẽadmodum, C. de Caduc. tollẽd. Quin ipſæ leges deſſuetudine abolẽtur, l. de quibus, ff. ill. tit. de legib. ſup. in præf. ac prorſus aliter quã naturalia iura, quę quia certa, & perpetua, l. ſed & ſi, §. fin. ff. de iud. nunquã antiquãtur vel deſuetudine corruũt. hoc §. & l. penul. ff. de iuſt. & iur.

Hactenus: quippe Velitationis proludiique legalis non eſſet, vel de perſonis, vel de rebus, vel de actionibus quidquam addere, de quibus ſeparato tractatu ſtatũ Iuſtin. his breuioribus tantum ſtudioſos ad ſeueriores iuris partes pręmunire volui: niſi fecerim fefellerit me bonæ cogitationis deſiderium, nec tamen putem omnino conatum iſtum ſine

bonorum approbatione futurũ: nam quid illi reprehendere poſſent, niſi vilis, & pauculæ chartulæ male conſumptæ iniuriam. At audiant quid reſpondeam.

-ſtulta eſt clementia, cum tot
Vatibus occurras perituræ parcere
Chartæ.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Errata quæ exciderunt ſic emendanda.

Pagin.4.fol. verſ.lin. 1. pinxerint. 5. verſ. 7. cum narrant Perſas. in 6. verſ. 5. contingebat. 8.verſ.12. εἰσαγωγὰς. 13. lin. 22.diuitiuſque. 18 lin. 10.Bieſius. 19.verſ.5.referentur. 18.Zazius. 21.verſ.lin.18.redegit. 23.lin.18.priuatū, vt in verſ. 3.reſp-. 5.lin.20. intellexiſſe. 30 lin. à iureg.diſtinguitur,quod omnes dele, vel gent.it diuid.omn.33.lin.1.rer.lin.2.mœnibus.lin.11. dixerunt. lin. 12. incanaque. 37. lin. 5.de in integ. 38.lin. 2. leg. 2.ff. verſ.lin.9. aduerſarij. 44. lin.9. ſimiles. 45. lin. 3.huic. lin. 9. legis in. 46. lin.15.l. 2.parag.deinde.47,lin.10.Coſ.48.lin. 2.Gruchio.lin.22.factum vt vice.verſ.lin.9.diſſenſiſſe. 49.verſ.6.ferrētur. 54.lin.21.cum rurſus.56. verſ.lin. 2. lib.1.57. lin.14.mittebantur, 59.lin.8.paragr.cumque.64. verſ.lin.5. de iure reſpondere,dele iura cōdere.67.l.in. 10.κυ'ριας, faciant. 69. verſ.lin. 14. dele quoque. 70. lin. 9.profan.

Excudebat Petrus le Voirrier, Typographus Regius Mathematicus, octauo Cal. Nouemb. 1583.

27!
BIBLIOTECA